Et ex hoc signū p̄fectionis in annis natiuitatum atqꝫ mundi. Nā in annis natiuitatum scientia est:vt aspicias quot anni trāsierunt nato ex annis solaribus perfectis : aspiciesqꝫ omni āno signū vnū ꝛ incipies ab ascendēte nati per successionem signorum quousqꝫ finitus fuerit numerus signum quod succedit est signum p̄fectionis ab ascendente signum videlicet anni intrātis quē non misisti in numero hoc erit in tali gradu sicut fuit in ascendēte natiuitatis:ꝛ dominus eiusdeꝫ dicitur alcochoden cui⁹ interpretatio est dominus anni. Similiter numerabis a signo solis vnicuiqꝫ anno signum vnum:ꝛ exibit per hoc signum profectiōis a sole. Similiter a signo Lune ꝛ a medio celi:ꝛ a parte fortune in similitudinem gradus radicis.i.puncti natiuitatis. Cuius rei exemplar est ꝙ quidam natus est oriente capricorno.s.17.gradu eius:ꝛ sol erat in piscibus.15. gradu:ꝛ mediuꝫ celi scorpionis.octo gra.ꝛ luna in libra.15.gra.ꝛ pars fortune in leone.17.gra.ꝛ iam transierūt nato tres anni perfecti peruenietqꝫ quartus annus ab ascendente in ariete qui est quartus a capricorno vsqꝫ ad.17. gradum eiusdem arietis.ꝛ erit mars alcochodem:ꝛ p̄uenit locus solis ad geminos vsqꝫ ad.15.gra.eiusdem signi:ꝛ peruenit luna ad capricornum.ad .15.gra.ꝛ profectus a medio celi ad octo gradum aquarij.ꝛ profectus a parte fortune peruenit vsqꝫ ad.17.gradum scorpij. Cumqꝫ peruenerit annus ad gradum profectionis:vt ad.17.gradum arietis in hoc exemplo : ꝛ fuerit iter ipsum ꝛ similem gradum succedentis signi ad quem debet peruenire annuꝫ sequēs in eadem domo planeta vel radij eius : ꝛ volueris scire quando peruenerit profectio ad ipsum planetam vel ad radios eius aspicies qd sit iter gradum ad quē p̄ueniet annus:ꝛ planetaꝫ vel radios ex gradibus ꝛ minutis: ꝛ multiplicabis illud per.12 ꝛ sextam illius numeri quē multiplicas vel in.12. gradus ꝛ.6.vnius gradus ꝛ quot p̄uenerint erunt dies ex anno illo in quo

fueris in quibus pueniet profectio a gradu in quo incipit vsq; ad gradum ad quē numerasti post fiet pfectio ipsi⁹ planete. ¶Profectio aūt ex ānis mūdi dixit alchindus est qđ fuerit inter annū cōiunctionis que significauit sarracenoꝝ sectā ⁊ iter annū alhegerat in quo cepit pmū pdicare mahomet⁹ qui fuit pmus annorū arabū.52.anni solares ⁊.57.dies ⁊ fuit ascendēs anni illius cōiunctiōis pdicte secte signū geminoꝝ:⁊ puenit pfectio eiusdem anni ad vginem:⁊ inter ipsum pmum annoꝝ arabū:⁊ primū annorum iezdagird regis persarū fuerunt.3624.dies scilicet pfecti. Cum ergo volueris habere notitiam huius rei accipe annos iezdygird ⁊ verte eos in dies sicut iam expositū est in azig.i.in libro cursuū planetarū:⁊ adde desuper dies qui sunt inter primū annorū arabū ⁊ iezdygird:⁊ diuide hoc per.365.dies ⁊ quartam partem diei ⁊ quot diuisiones exierint tot erunt anni solares:⁊ qđ remanserit ex mensibus ⁊ diebus erit ex anno impfecto:qđ cum ita collectum fuerit ex annis ipsi sunt anni solares abinitio annorū arabū:proiice ergo omni anno signū vnū ⁊ incipe a vgine ⁊ ad quodcūq; signū te pduxerit numerus ipsum erit signū ad qđ puenit annus mūdi ab ascensione coniunctionis predicte secte. ¶Alijs autē extra alkindū visum est vt adderēt super annos iezdagird perfectos.61.annos ⁊.11.mēses ⁊.12.dies.⁊.16.horas:ex annis persidum qui sunt sine fractione idest sine quarta diei ⁊ extēderent hos annos in dies ac vertere͂t dies in annos solares sicut prediximus ⁊ inciperent proiicere ab initio libre:ꝙ si volueris profectionem a signo cōiunctiōis secte sit proiectio a scorpione:si vero volueris profectionē ab ascēdente regni minue ex annis iezdagird annos illos.317.persidos ⁊ verte eos in annos solares sicut pdiximus:⁊ incipe proiicere a virgine. ¶Rursus si volueris profectionez ab ascēsione profectionis mutationis cōiunctionis a triplicitate aq̄tica ad triplicitatē igneam minue ex annis iezdagird perfectis.176.annos ⁊ verte illos qui remanēt in annos solares.⁊ incipe proiicere a leone ⁊ quo peruenerit numer⁹ in eodem signo erit pfectus vniuscuiusq; initij eorū que diximus.

De directione significatoris.

Et ex hoc sequit̄ atazir.i.directio:hoc est vt dirigas significatorez aliquem ad aliquem locuz signorū ⁊ scias qd sit inter eos ex gradibus directionis accipiesq; vnicuiq; gradui annū vnum. Cum ergo volueris scire hoc ⁊ fuerit ille significator in ascendente quē uis dirigere ad aliquam ptem circuli minue ascensiones gradus in quo fuerit significator quem volueris dirigere per ascensiones regionis de ascensionibus gradus illius ad quem volueris dirigere eum:⁊ quod remanserit erit gradus directionis:ꝙ si fuerit significator in gradu septime minues ascensiones nadir.i.oppositi gradus in quo est significator de ascensionibus nadir illius gradus ad quē volueris ipsum dirigere in illa regione. Si vero fuerit significator in medio celi vel in angulo terre:minues ascēsiōes gradus significatoris de ascensionib⁹ illius gradus ad quē volueris euz dirigere per ascēsiones circuli directi:⁊ quod remanserit erit gradus directionis. Si vero fuerit ille significator quē volueris dirigere in aliquo loco extra quattuor angulos. Aspicies longitudinem eius ab aliquo horum angulorum qui sunt an-

gulus medij celi atq3 angulus terre:hoc est vt aspicies significatorem qui si fuerit inter ascendens ⁊ medium celi:minues ascensiones gradus medij celi per circulum directum de ascensionibus gradus significatoris: ⁊ si fuerit inter.7. ⁊ medium celi:minues ascensiones gradus significatoris de ascensionibus gradus medij celi per circulum directum:⁊ quod remanserit:ex q̄licunq3 horum locorum fuerit:illud diuides per partes horarum illius diei gradus in quo fuerit significator:⁊ quod exierit erunt hore longitudinis ab angulo. Et si fuerit inter ascendens ⁊ angulum terre minues ascēsiones gradus significatoris per circulum directum de ascensionibus gradus anguli terre. Rursus si fuerit significator inter angulum terre ⁊.7.minues ascēsiones gradus anguli terre per circulum directum de ascensionibus gradus significatoris:⁊ quod remanserit ex qualicunq3 horum locoru3 diuides per tempora horarū diei nadir id est oppositi gradus significatoris:⁊ quod exierit ipse erunt longitudines hore ab angulo. ℭCumq3 scieris longitudinis horas ab angulo ⁊ volueris dirigere significatorem ad aliquem locum circuli signorum:⁊ fuerit significator in medio circuli orientalis qui est a medio celi vsq3 ad angulum terre de eis que succedunt ascendens:minue ascensiones gradus illius in quo fuerit significator de ascensionibus gradus illius ad quem volueris dirigere per circulum directum: ⁊ quod remanserit erit significator circuli directi:serua eum. Post hoc minues ascensiones illi⁹ gradus in quo fuerit significator per ascensiones regionis de ascensionibus illius gradus ad quem volueris eum dirigere:⁊ quod remanserit erit significator regionis:post hoc aspice residuum quod fuerit inter significatore3 circuli directi:⁊ significatorem regionis: accipiesq3 sextam partem eius ⁊ multiplicabis in horis longitudinis ab angulo:⁊ quod fuerit erit equatio:⁊ si fuerit significator circuli directi minor significatore regionis: addes equatiōe3 super significatore3 circuli directi. Et si fuerit significator circuli directi plus minues equationem ex eo:⁊ quod remanserit erit gradus directiōis. ℭItē si fuerit significator quem volueris dirigere in medietate circuli occidentalis que est ab angulo terre vsq3 ad medium celi de eo quod succedit.7.minues ascensiones nadir gradus significatoris quem volueris dirigere de ascensionibus nadir gradus illius ad quem volueris dirigere eum per circulum directum ⁊ quod remanserit erit significator circuli directi. Post hoc minues ascensiōes nadir gradus significatoris per ascensiones regionis de ascensionibus nadir gradus illius ad quem volueris eum dirigere: ⁊ quod remanserit erit significator regionis:deinde accipies residuum quod fuerit inter significatorem circuli directi ⁊ significatorem regionis accipiesq3 sextā partem eius:⁊ multiplicabis in horis longitudinis ab angulo:⁊ quod fuerit erit equatio.post hoc aspicies significatorem circuli directi si fuerit minor significatore regionis addes equationem super significatorem circuli directi: ⁊ si fuerit significator circuli directi plus significatore regiōis minues eq̄tionē de significatore circuli directi:⁊ qđ ex eo exierit erit gradus directionis. ℭQđ si fuerit significator in aliq̄ q̄rta:⁊ loc⁹ ad quē diriges cū i alia q̄rta diriges significatorē ad angulū q ei succedit:p⁹ħ diriges ab āgulo ad locū quē

admodū ondi tibi directionē ab angulo ⁊ iunges vtrasqʒ directiōis. ¶Qd cum scieris significatorem ⁊ volueris scire quo perueniet directio de circulo signorum in aliquo annorum: fueritqʒ significator in ascendēte: addes numerum annorum: super ascensiones gradus ascendētis: ⁊ facies eum arcum in ascensione regionis: ⁊ quo exiuerit arcus grad. de circulo signorum ibi perueniet directio in eodem anno. Si vero fuerit significator in .7. addes numerum annorum super ascensiones nadir gradus significatoris: ⁊ arcuabis eum etiam in ascensionibus regionis: ⁊ qꝫ exierit de circulo signorum: ad eius nadir perueniet directio eodeʒ anno. ¶Qd si fuerit significator in. 10. vel. 4. addes super ascensiones grad. significatoris in circulo directo numerum annorum: ⁊ arcuabis eum in ascensionibus circuli directi: ⁊ qꝫ exierit d circulo signorū ibidem perueniet in eodem anno directio. ¶Si vero fuerit significator extra hec quattuor loca que sunt anguli scias horas longitudinis ab angulo sicut predixi: quod si fuerit significator in medietate orientali: addes super ascensiones gra. significatoris per circulum directum numerū annorum quos volueris ⁊ arcuabis hoc in ascensionibus circuli directi: ⁊ quod exierit erit significator circuli directi: serua eum. post hoc addes numerum annorum etiam super ascensiones grad. significatoris in regione: ⁊ arcuabis hoc in ascensione regionis: ⁊ qꝫ fuerit exit significator regionis. post hoc accipies sextam partem residui inter significatorem circuli directi: ⁊ significatorem regionis: ⁊ multiplicabis eam in horis longitudinis ab angulo ⁊ qd fuerit erit equatio. ¶Quod si fuerit significator circuli directi minor significatore regionis addes equationem super significatorem circuli directi: ⁊ si fuerit plus minues eam de eo: ⁊ qꝫ remāserit ibi perueniet directio ex circulo signorum eodem anno. ¶Qd si fuerit significator in medietate occidentali facies cum nadir grad. significatoris sicut fecisti cum gradu significatoris in opere qꝫ est ante euʒ: ⁊ quod fuerit ibidem perueniet directio ex circulo signorum in eodem anno: ⁊ locus ad quem perueniet directio dicitur locus diuisionis ⁊ dominus termini illius loci dicitur diuisor: qꝫ si fuerit in gradu diuisionis planeta alius aut radij eius aut prope locum ante eum dicitur hic planeta aut dominus radiorum particeps diuisoris in diuisione. ¶Significatoreʒ quoqʒ qui dirigunt̄ sunt quinqʒ loca. i. grad. ascendentis: ⁊ gra. Solis ⁊ gra. Lune gra. quoqʒ partis fortune ac gradus medij celi. Gradus nāqʒ ascendentis dirigitur ad accidentia dignoscenda que accidunt in corpore: ⁊ gra. solis ad dignitatis ⁊ exaltatiōis causas: honoris quoqʒ atqʒ regni: ⁊ Luna propter esse anime ⁊ corporis atqʒ coniugij: ⁊ pars fortune ꝓpter acquisitiones ⁊ profectus exiguitatem ⁊ largitatem ⁊ medium celi propter magisterium ⁊ ceteras dispositiones particulares ⁊ esse eoꝝ. ¶Si autē fuerit ascendens reuolutionis alicuius annorum mundi vel natiuitatum diriguntur significatores eius secūdum hanc directionē vnicuiqʒ scilicet gradui diem vnum. Quibusdam uidetur vt dirigantur significatores anni hoc modo omnibus: scilicet. 59. minutis: ⁊. 8 secundis vnum diem: nam directio regum ⁊ principum sic dirigitur eis a gradu medij celi per ascensiones circuli directi omnibus. 56. minutis: ⁊ octo secundis vnum diem: donec perue-

niat ad bonos vel malos planetas. Et dirigitur esse regum in incolumitate: aut infirmitate ex gradu ascendentis ad bonos vel malos planetas omnibus.59.minutis:& octo secundis diem vnum per ascensiones regionis:& directio i reuolutiōe annorum mundi & prenoscendum esse vulgi vel rusticorum a gradu ascendentis:similiter & ad prenoscēdum esse regis a gradu medij celi:& in reuolutione annorum natiuitatum ad prenoscendum esse nati a gradu ascendentis reuolutionis omnibus.59.minutis & octo secundis per ascensiones regionis diem vnum.

De algebugthar.

ET ex hoc sequitur algebugthar in natiuitatibus & ē directio gradus āscendentis: hoc est vt aspicias gradum ascendentis in termino cuius sit planete & minuas ascensiones ascendentis de ascēsionibus que sunt indirecto finis termini planete per ascensiones regionis:& q̄ remanserit accipies vnicuiq; gradui vnum annum & omnibus quinq; minutis mensem:& omni minuto.6.dies & erit dominus termini dispositor annorum quid dicitur diuisor. Post hoc accipies gradus termini qui eum succedit & vertes eos etiam in gra.ascensionum & q̄ fuerit accipies vnicuiq; gradui annum vnum:& omnibus.5.minutis mēsem:& omni minuto sex dies:eritq; dominus termini diuisor & dispositor illorū annorū. Similiter intrabis cum omni termino domini per successionem vsq; in finem vite:& si fuerit in termino alicuius planete:planeta aut radij eius erūt participes in diuisione: & hec diuisio dicitur algebugthar.

De duodenarijs planetarum & domorum.

ET ex hoc duodenarie planetarum aut domorum:hoc est vt aspicias quātum ambulauerit planeta in signo suo in quocūq; fuerit aut gra. domus quē volueris ex gradibus & minutis multiplicabisq; hoc in.12.post hoc addes desuper ipsos gra.atq; minuta que multiplicasti in.12.& q̄ collectum fuerit ex eo proijce ab initio gra.eiusdem signi dans vnicuiq; signo.30.gra.& quo fuerit finitus numerus ibi erit duodenaria planetarum ac domorum.

De nouenariis eorūdem.

ET ex hoc amanbabarat que sunt nouēarie. Cuius scientia est vt scias quantum ambulauerit planeta in signo suo ex gradibus & minutis: aut grad. domus cuius volueris scire nouenariū.post hoc diuide signum in nouē diuisiōes & vnaqueq; diuisio est ex tribus gradibus & tertia parte vnius gradus. Post hoc aspicies in quo nouenario ex nouenarijs ceciderit gradus planete aut dom⁹. ¶ Post hoc dabis primum nouenarium ex signis domino signi mobilis eiusdē triplicitatis & secundum nouenarium domino signi cuius est ipsum signum

quod succedit donec venias ad aliquem nouenarium ex quo est gradus: eritq3 planeta dominus eius nouenarij: verbi gratia: signum ex quo fuerit gradus ille erat ex triplicitate arietis: erit ergo primū nouenariū eiusdē signi martis domini arietis: ꝛ secūdum nouenarium Ueneris domine tauri: ꝛ nouenarium tertium mercurij domini geminorū. Similiter vsq3 ad nouenarium nonum. Et si fuerit signum ex triplicitate cancri erit primum nouenariu3 eius lune: ꝛ secundū nouenarium solis domini leonis: ꝛ tertiū mercurij domini virginis. Et si fuerit signum ex triplicitate libre erit primum nouenariu3 eius Ueneris domini libre: ꝛ secundum martis domini scorpionis: ꝛ tertiu3 iouis domini sagittarij. Similiter in triplicitate capricorni primum nouenariu3 eius est saturni domini capricorni: ꝛ secūdum similiter saturni domini aquarij: ꝛ tertium iouis domini piscium. deinde que sequunt secundum ordinem successionis signorum: verbi gratia: planeta vel aliqua domus ex domib9. 12. erat in. 19. gradu aquarij si diuidatur signum per. nouē diuisiones erit gradus. 19. in diuisione sexta ꝛ quia signum aquarij est in triplicitate libre ponit primum nouenarium eius Ueneris domini libre secūdum martis domini scorpionis: ꝛ tertiu3 iouis domini sagittarij: ꝛ quartum saturni domini capricorni: ꝛ quintum etiā saturni domini aquarij: ꝛ sextu3 iouis domini piscium: eritq3 naubabar idest nouenarium. 19. gra. aquarij iouis.

Modus inueniendi dominum decani.

Et ex hoc adorogen hoc est vt diuidas ascendens in tres partes ꝛ sit omnis diuisio. 10. graduū: dabisq3 diuisione3 primam domino ascendentis ꝛ secūdam domino quinti signi ab eo: ꝛ tertium domino noni: nam ascendens. 5. ꝛ. 9. vna semp sunt triplicitas: verbi gratia: ab initio arietis vsq3 in decimum gradum eius est dorongen. i. decanus est martis. Et si fuerit ex. 10. gradu vsq3. 20. graduū erit eius dorongen sol dominus leonis. Et si fuerit a. 20. vsq3 in finem eius erit dorongen iupiter dominus sagittarij.

Et ex hoc dominus orbis in natiuitatibus hoc est vt aspicias dominum hore in qua oritur natus dabisq3 ascendens ꝛ dominum hore anno primo natiuitatis eius ꝛ significabit per eē eius idest dominum hore sanitas vel infirmitas corporis nati sicut significatur per dominum ascendentis radicis. i. natiuitatis: ꝛ dabis dominum secūde hore ab ea secūde domui ab ascendente in secūdo anno ꝛ significabitur per eum esse suum in eodem anno esse substantie ꝛc. sicut significatur per esse domini domus substantie: ꝛ dabis dominum tertie hore ab ea tertie domui ab ascendente tertio anno ꝛ significabitur per esse illius in eodem anno esse fratrum ꝛ sororum ꝛ ceterorum sicut significabit per esse domini tertie domus. ꝛ dabis dominu3 hore quarte domui quarte ab ascendēte in anno quarto: ꝛ significabitur per esse suum in eodem anno esse patrum ꝛ eorum qui significantur per domum quartam. Similiter facies de dominis horarum per successionem dabis. s. dominum vniuscuiusq3 hore domui ex

domibus radicalibus eritqꝫ domino hore.12.ab hora natiuitatis domus.12. ab ascendente radicis ꝛ annus.12.ꝛ domin⁹.13.hore a natiuitate radicis ascē dentis ꝛ anni.13.ꝛ dominus.14.hore ab ea domi⁹ substantie ꝛ.14.anni.Et nominatur dominuꝫ hore prime dominus ascendentis hore.ꝛ dominus.2.hore dominus hore domus substantie ꝛ dominus hore tertie dominus hore domus fratrum:ꝛ sic de alijs.Silr̄ domin⁹ vniuscuiusqꝫ haruꝫ horarū nominatur nomine domus:ꝛ nominatur etiam orbis dominus ꝛ significat̄ per eum omni anno sicut significatur per alcochoden:hoc est per dominum anni:ꝛ quidam astrologorum ponunt dominum orbis.s.ascendentis radicis anno primo ꝛ.2.anno planetam qui huic succedit.ꝛ in tertio anno planetaꝫ qui huic succedit sicut dictum est in domino hore.

¶ ex hoc alfridarie dispositio:hoc est cum natiuitas fuerit diurna preerit in initio vite dispositioni eius fridarie sol secūdū quātitatem annorum fridarie eiuꝫ qui sunt decem:post hoc planeta qui succedit soli qui est venus cui⁹ fridarie anni sunt octo.ꝛ post venerem planeta qui succedit ei ꝛ est mercurius:ꝛ anni eius sūt tredecim deinde luna : ꝛ anni fridarie eius sunt nouem:deinde saturnus ꝛ anni fridarie eius sunt.11.deinde iupiter ꝛ anni fridarie eius sunt.12.deinde mars ꝛ anni fridarie eius sunt.7.deinde caput draconis ꝛ anni fridarie eius sunt.3.post hoc cauda:ꝛ anni eius.fridarie sunt duo fiunt autē anni collecti simul.75.anni.post hoc reuertitur dispositio ad solem:ꝛ similiter vsqꝫ ad vltimum planetarum.Si auteꝫ fuerit natiuitas nocturna incipit dispositio a luna disponetqꝫ annos fridarie eius qui sunt noueꝫ.similiter planeta post planetam sicut prediximus in sole.Cūqꝫ disposuerit planeta annos fridarie sue disponet ꝑꝑue primam septimam solum.i.septimam partem fridarie sui.deinde ꝑticipatur ei in secunda septima:planeta qui eum succedit:post hoc ꝑticipatur ei in tertia septima planeta.tertius qui succedit secūdum:ꝛ ita donec participatur ei planeta qui est ante eum in vltima septima ex annis fridarie eius : ꝛ est vnicuiqꝫ iudiciū cū ꝑticipat̄ alteri super natiuitate.

¶ ex hoc almanar.i.supereminentia qua dicitur ꝙ planeta vadit super planetam:hoc est vt aspicias cursum planete medium ꝛ locum eius equatum:ꝛ si fuerit locus eius equatus minus medio cursu eius erit ascendens a medio circuli sui vsqꝫ ad sumitatem circuli:ꝛ si fuerit locus eius equatus plus medio cursu erit descendens a medio circuli sui vsqꝫ ad infimum eius : ꝛ si fuerit locus eius equatus equalis medio cursui erit in medio circuli sui deinde locum planete minues de medio cursu suo postqꝫ hoc certissime cognoueris.i.locū equatum:vel econuerso minorem de maiori eorum subtrahendo ꝛ multiplicabiꝫ quod remanserit per septem ꝛ diuides per.22.ꝛ quod de diuisione exierit erit hoc omni planete pro quantitate eius ascensionis vel descensionis.De venere ꝛ mercurio accipimus quod est inter vtraqꝫ loca idest ꝙ est inter lo-

cum solis ⁊ veneris ⁊ mercurij ⁊ facimus vt supra: quia per hoc scimus q̄ eorum fortior sit in circulo augis: sed venus ⁊ mercurius cum fuerit aliquis eorum orientalis ⁊ fuerit locus eius equatus minus loco solis accipies residuum quod est inter locum solis ⁊ locum eius: faciesq̄ cū eo quéadmodū feceris vt dictum est in planetis altioribus ex multiplicatiōe ⁊ diuisione. ¶ Et proprior ac fortior fit significatio planetarum dum abierint super seinuicem .i. dum abierit alter super alterum in coniunctione. ¶ In oppositiōe autē ⁊ in quarto aspectu erit significatio eoꝝ minus apparens ⁊ debilior. ¶ Et tamen cum vnus illorum fuerit ascendens ⁊ alter descendens tunc ascendens eorum vadit supra descendentem. ¶ Cum vero ambo fuerint descendentes: ille qui fuerit minoris descensionis vadit super illū qui fuerit maioris vel pluris descensionis. ¶ Si autem ambo fuerint ascendentes ille qui est maioris ascensionis vadit super illum qui fuerit minoris ascensionis. ¶ Dicit quoq̄ ⁊ aliomodo idest vt scias latitudinem vtrorumq̄ planetarum: quia septemtrionalis eorum vadit super meridianum. Et si fuerint ambo septemtrionales ille qui fuerit pluris latitudinis vadit super eum qui fuerit minoris latitudinis. ¶ Si autem fuerint vtriq̄ meridiani ille qui fuerit minoris latitudinis vadit super eum qui fuerit maioris latitudinis ideoq̄ dicitur q̄ luna vadit super iouem in his duobus operibus. Similiter si fuerit aliquis duorū planetarum in medio circuli nullam latitudinem habens tunc ascendens septētrionalis vadit super eum qui caret latitudine ⁊ vadit ipse qui sine latitudine est super descendentem meridianum. Et ex hoc apertio portarum dicitur cum iungitur planeta inferior planete superiori ⁊ fuerint cum hoc domus eorum opposite.



T ex hoc albuzic ⁊ est res q̄ valde seruabant indi. Nam ipsi numerant post coniunctionem solis ⁊ lune .12. horas ⁊ applicāt eas soli ⁊ diuidūt .12. horas trinas .i. in tres partes .s. in haiz solis. ⁊ iudicant super omnes quattuor horas ſm iudicium dominorum triplicitatis solis hora coniunctionis: deinde dant veneri post .12. horas ⁊ diuidunt eas iterum trinas ⁊ iudicant super omnem trinam diuisionem ſm dominos triplicitatis veneris hora coniunctionis: post hoc faciunt similiter cum mercurio ⁊ alijs planetis per successionem eorū donec reuertitur orbis ad solem post .84. horas ⁊ non cessant sic facere frequenter donec venerit coniunctio secunda. Et quidam dicunt q̄ albuzic sic hoc q̄ post coniunctionem sint .12. hore inequales que vocantur combuste: ⁊ non oportet aliquem in his incipere aliquod opus: ⁊ post horas .12. sunt .72. hore incōbuste in quibus est vtilis operum inceptio ⁊ post has .72. horas icombustas sun .12. combuste similiter vsq̄ ad coniunctionē q̄ succedit. post hoc diuidunt has horas .12. in tres diuisiones idest in partes. Dixeruntq̄ cum quis inceperit in quattuor horis primis deambulare vel bellare timenda erit perditio anime sue: ⁊ in quattuor horis secundis timendum erit detrimentum corporis sui sine amissione anime: ⁊ in quattuor horis vltimis timēdū est detrimentum substantie sue ⁊ suorum ⁊ omnium que possidēt.


T quia explenimus expositiones eorum que sequuntur ex nominibus astrologorum. Exequamur nunc cõmemorationem vninersarũ partium. Et cum notauerimus in loco partiũ accipe a loco illo in locum illuz ꝛ proiice hoc ab ascendente vel de alio loco: dicimus vt addas super illud ꝙ fuerit inter vtraqꝫ loca gradus ascẽdẽtis: ꝛ ꝓiice ab ascendente vel ab initio signi a quo proiicis. Cuius exemplar est opus partis fortune quia accipis quicquid est inter solẽ ꝛ lunam ex gradibus. ꝛ addas super eos gradus ascendentis signi: ꝛ ꝙ collectum fuerit proiicis illud a.30.in.30.gradus ꝛ incipis proiicere ab initio ascendentis signi ꝛ quo finit numerus ibi est parꝫ fortune: ꝛ in nocte ecõtra a luna in solem ꝛ addes gradus desuper signi ascẽdentis ꝛ proiice hoc de.30.in.30.ꝛ incipe proiicere ab initio signi ascendentis. ℭ Incipiamuꝫ hic itaqꝫ post partem fortune partes.12.domoꝝ.ꝛ incipiamus ab ascendente.

P Rima dom⁹ est pars vite ꝛ accipiť in die a ioue in saturnuꝫ ꝛ in nocte econtra ꝛ proiicitur ab ascendente. ℭ Pars hyles accipitur a gradu coniunctionis seu pꝛeuentionis que fuerit ante natiuitatem vsqꝫ in gradum lune: ꝛ proiicitur ab ascẽdẽte. ℭ Parꝫ futurorum idest pars solis accipitur in die a luna in solem ꝛ in nocte econtra. ꝛ proiicitur ab ascendente. ℭ Pars dilectionis ꝛ concordie .i. pars veneris accipitur in die a parte fortune in partem futurorum: ꝛ in nocte econtra ꝛ proiicitur ab ascendente. ℭ Pars stabilitatis ꝛ fiducie ascendentis durationis nati est sicut pars concordie ꝛ dilectionis. ℭ Pars animositatis ꝛ audacie idest pars martis accipitur in die a marte in gradum partis fortune ꝛ in nocte ecõuerso. ꝛ proiiciť ab ascẽdẽte.

S Ecunda domus est pars substantie ꝛ accipitur in die ꝛ nocte a domino domus substantie in gradum atqꝫ minutum domus substantie ꝛ proiicitur ab ascendente. ℭ Pars paupertatis ꝛ paruitatis ingenij idest pars mercurij accipitur in die a parte futurorum in partem fortune: ꝛ in nocte econuerso. ꝛ proiicitur ab ascẽdẽte. ℭ Pars beatitudinis ꝛ triumphi atqꝫ victorie idest pars iouis accipitur in die a parte futurorum in iouem ꝛ in nocte econuerso ꝛ proiiciť ab ascendente.

T Ertia domus est pars fratrũ ꝛ accipitur in die a saturno in iouem ꝛ in nocte econuerso. ꝛ proiicitur ab ascendente. ℭ Pars beniuolentie fratrum accipitur in die a sole in saturnum ꝛ in nocte econuerso: ꝛ proiicitur ab ascendente. ꝙ si fuerit saturnus sub radijs accipitur in die a sole in iouem ꝛ in nocte econuerso. ꝛ ꝓiicitur ab ascendente.



Uarta domus pars patrum est. et accipitur in die a sole in saturnum: et in nocte econuerso: et proijcitur ab ascendente. ¶ Pars mortis patris accipitur in die a saturno in iouem et in nocte econuerso: et proijcitur ab ascendente. ¶ Pars annorum accipitur in die a domino domus solis in saturnum: et in nocte econuerso: et proijcitur ab ascendente. Et si fuerit in domo sua sol vel aliqua domorum saturni accipe in die a sole in saturnum: et in nocte econuerso: et proijce ab ascendente et non consideres vtrū saturnus sit apparens vel sub radijs. ¶ Pars hereditatum et possessionum accipitur in die ac nocte a saturno in lunam: et proijcitur ab ascendente. ¶ Pars nobilitatis nati: et eius de quo fit dubitatio vtrum sit filius illius patris cui imponitur: an alterius accipitur in die a gradu solis in gradum exaltationis sue: et proijcitur ab ascendente. ¶ Quod si sol fuerit in gradu exaltationis sue in die et luna in nocte in gradu exaltationis sue erit pars in gradus ascendentis: et erit significatio gradus ascendentis. ¶ Pars finis rerum accipitur in die et nocte a saturno vsque ad dominum domus coniunctionis: aut peruentionis: et addit desuper gradus ascēdentis: et proijcitur ab ascendente.



Uinta domus est pars filiorum: et accipitur in die a Joue in Saturnum de nocte ecōuerso: et proijcitur ab ascendente. ¶ Pars que significat tempus in quo debet filius fieri: et numerum eorū seu masculorum seu feminarum et quid mulier pariet accipitur in die ac nocte a marte in Jouē: et proijcitur ab ascendēte. ¶ Pars scientie filij masculi et femine accipitur in die et nocte a Luna in Jouem: et proijcitur ab ascendente. ¶ Pars per quam scitur natus de quo fit interrogatio vtrum sit masculus vel femina accipitur in die a domino domus lune in Lunam: et in nocte ecōuerso: et proijcitur ab ascendente. ¶ Pars significans filium cum peruenerit iupiter ad eum: idest ad gradū partis significantis filiū accipitur in die ac nocte a marte in iouem et proijcitur ab ascendēte. ¶ Pars dilectionis et gaudij accipitur in die ac nocte a venere in saturnum: et proijcitur ab ascendente. ¶ Pars scientie esse filiorum accipitur in die ac nocte a luna in venerem et proijcitur ab ascendente.



Exta domus est pars īfirmitatis et azemena. i. debilitatis inseparabilis alicuius membrorum accipitur in die a saturno in martem in nocte econuerso: et proijcitur ab ascendente. ¶ Pars seruorū accipitur in die a mercurio in lunam: et in nocte econuerso: et proijcitur ab ascendente. Et dixit alēdezgod accipitur in die a mercurio in partem fortune: et in nocte econuerso. Et dixit: oportet vt vtamur vtrisque partibus insimul.

SEptima domus est pars desponsationis virorum seu coniugij: et accipitur in die ac nocte a sole in venerem: et proijcitur ab ascendente. Et hec pars similis est parti mandatorum et rumorum. Et pars desponsationis mulierum vel coniugij ab hermete accipitur in die ac nocte a venere in saturnum: et proijcitur ab ascendente. Et hec pars congruit parti cultus terre. ¶ Item pars desponsationis mulierum secundum velium

accipitur in die ac nocte a sole in martē:ꝛ proiicit̄ ab ascendente. ℭ Pars delectionis ac voluptatis accipit̄ in die ac nocte a venere in gradum septime:ꝛ proiicit̄ ab ascendēte. ℭ Pars nuptiaruꝫ accipitur in die ac nocte a saturno in venerem:ꝛ proiicitur ab ascendente.

Octaua domus est pars mortis ꝛ accipitur in die ac nocte a luna in gradu ꝛ minutū domus octaue:ꝛ additur desuper ꝙ ambulauerit saturnus in signo suo ꝛ proiicitur ab initio signi saturni. ℭ Pars planete qui interficit accipit̄ in die a dño gradus ascēdētis in gradū lune:ꝛ in nocte ecōuerso ꝛc̄. ℭ Pars anni in quo timet̄ nato mors:ꝛ paupertas impedimētum ac destructio accipit̄ in die ac nocte a saturno in gradum dñi domus coniunctionis vel preuētiōis que fuit ante natiuitatē ꝛc̄. ℭ Pars ligatiōis ꝛ carceris:ꝛ vtrū liberet̄ ab eo vel nō accipit̄ in die a saturno in ptem fortune ꝛ in nocte econuerso.

Nona domus est pars peregrinatiōis accipitur in die ac nocte a domino domus none in gradū ꝛ minutū domus none:ꝛ proiicitur ab ascēdente. ℭ Pars itineris per aquā accipitur in die a saturno in.15. gradum signi cancri ꝛ in nocte ecōuerso ꝛc̄. Quod si fuerit saturnus in.15.gradu cancri erit gradus partis gradus ascendentis. ℭ Pars religionis accipit̄ in die a luna in mercuriū ꝛ in nocte econuerso:ꝛ proiicitur ab ascendente.

Domus decima pars regiōis ꝛ regni:ꝛ quid operis faciat natus ꝛ accipitur in die ac nocte a saturno in lunā ꝛ proiicitur ab ascēdēte. ℭ Pars regis atqꝫ regni accipit̄ in die a marte i lunā:in nocte ecōuerso:ꝛ proiicit̄ ab ascen.ꝛ est alia pars similis parti patrum. ℭ Pars operis ꝛ regni ꝑm Velliuꝫ accipit̄ in die ac nocte a sole in graduꝫ medij celi:ꝛ proiicitur ab ascen. ℭ Pars significans utrū sit causa regni aut non accipitur in die ac nocte a sole in gradu medij celi:ꝛ proiicitur a ione. ℭ Pars martis accipitur in die a venere in lunā:ꝛ in nocte econuerso:ꝛ proiicitur ab ascendente.

Vndecima domus est pars amicorum ꝛ accipit̄ in die ac nocte a luna in mercurium:ꝛ proiicitur ab ascen. Et dixit alendeꝫgod accipitur in nocte econuerso. ℭ Pars significās effectū amicoꝝ ꝛ amicicie accipitur in die a parte fortune in partem futurorum: ꝛ in nocte econuerso ꝛ cetera.

Duodecima domus est pars inimicorū ꝑm hermetē ꝛ accipitur in die ac nocte a domino domus inimicorū vsqꝫ in gradum ꝛ minutum domus inimicorum:ꝛ proiicit̄ ab ascen. Et ꝑm quosdam antiquorum accipitur in die ꝛ in nocte a saturno in martem ꝛc̄. ꝛ he sunt ptes.12.domoꝝ ꝛc̄. ℭ He sunt alie ptes qbꝰ vtunt̄ magistri iudicioꝝ astroꝝ multū. Ex qbus est pars que significat mēdaciū rumoꝝ qñ ceciderit in signum tortuosum vel mobile:aut dominus domus fuerit retrogradꝰ vel impeditus:aut aspexerint eum mali vel ei sint cōiuncti. Et significat veritatē rumorum eorum si ceciderit cum fortunis aut in domibus seu terminis eaꝝ vel aspexerint eum aut fuerit in signo directo ; ꝛ accipitur in die a mercurio

in venerem: in nocte econuerso ꝛ proiicitur ꝛc. Et ſm albumaſar in die a mercurio in lunā ꝛ in nocte ecōuerſo ꝛc. ¶ Pars rationis ꝛ pfūditatis ſenſus accipitur in die a ſaturno in lunā ꝛ in nocte ecōuerſo ꝛc. ¶ Pars ſapientie ꝛ diſcipline accipit̃ in die ac nocte a ſaturno in iouē ꝛ proiicit̃ ꝛc. ¶ Pars guerre ꝛ preliorum accipitur in die ac nocte a ſaturno in lunaꝫ: ꝛ proiicit̃ ab aſcē. ¶ Pars pacis ꝛ cōcordie exercituū accipit̃ in die ac nocte a luna in mercuriuꝫ ꝛ proiicitur ab aſcēdēte. ¶ Pars aſpiciēdi in reuolutione anni accipit̃ in die a luna in venerem ꝛ in nocte ecōuerſo ꝛ proiicitur a ſole.

De partibus reuolutionū in cauſis regnorum.

ET quia auxiliante deo introduximus has partes que conueniunt in rebus particularibus proſequemur partes que conueniūt in reuolutione annorum mundi ꝛ cōiunctionum ſignificantium cauſas regni ꝛ ſtabilitatem ſeu durationem eius. Ex quibus eſt pars que dicitur pars regni ſeu imperij que exercetur in reuolutione mundi: accipiturqꝫ a marte in lunam ꝛ proiicitur ab aſcendente cōiunctionis que ſignificat mutationem regni. Sic quoqꝫ alio modo accipitur .ſ. gradu aſcendentis coniunctionis in gradum coniunctionis ꝛ proiicitur a gradu aſcendentis reuolutionis. Iteꝫ fit alio modo accipitur a gradu medij celi reuolutiōis vſqꝫ ad ſoleꝫ ꝛ proiicit̃ a ioue .i. a gradu iouis. ¶ Pars tēporis regiꝭ ideſt qꝫdiu debet durare: accipit̃ hora electiōis regis a ſole in .15. gradū ſigni leonis ꝛ ꝓiicit̃ a luna deinde accipit̃ a luna in .15. graduꝫ ſigni cancri ꝛ proiicit̃ a ſole. Alia pars de tpe electionis regis accipitur hora electionis regis in die a ioue in ſaturnum ꝛ in nocte econuerſo ꝛ proiicitur ab aſcendente reuolutionis anni in quo ſurrexerit rex ꝙ ſi fuerit iupiter in ſigno cōi ꝛ fuerit reuolutio diurna: fueritqꝫ iupiter cadens ab angulis tunc accipitur a ſaturno in iouem: ꝛ adduntur deſuper .30. graduꝭ ꝛ proiicitur ab aſcēdente. Si vero ſaturnus ꝛ iupiter fuerit ſibi oppoſiti ꝛ fuerint ambo cadentes ab aſcendente mediatur ꝙ exierit inter eos .i. accipiatur medietas graduuꝫ qui ſunt inter eos: ꝛ proiicitur ab aſcendente Et ſi fuerit iupiter in exaltatione ſua: ꝛ fuerit reuolutio in nocte numerat̃ ab eo in ſaturnum ꝛ proiicitur ab aſcendente.


Due partes maxime ſunt ex qbus extrahit̃ tempus electionis regis ꝛ eius durationis ¶ Prima earū eſt vt aſpicias horā electionis regis quaꝑuenit profectus anni a cōiunctione triplicitatis que ſignificauit ſectam ex numero quo datur oibus .30. gradibus annus ꝛ oibus gradibus duobus cuꝫ dimidio mēſis vnus: ꝛ cum ſciueris in quo gradu vel ſigno ſit hic ſerua eum: qꝛ hic eſt locus a quo equabis p̄mam ptem: ꝛ cum volueris aptare eum aptabis aſcendens reuolutionis anni in quo ſurrexerit ipſe electus: poſt hoc aſpice a planeta orientali a ſole ex ſaturno ꝛ ioue in ipſo anno vſqꝫ ad gradum equationiꝭ ptis p̄me qꝫ ſeruaſti ꝛ proiice ab aſcēdente reuolutionis anni ꝛ quo peruenit numerus ipſe eſt locus p̄me ꝑtis. ¶ Pars ſecūda ſic inuenit̃ accipe in cōiunctione in qua ſurrexerit rex vel cepit regnū ad quod ſignum vel gradum ꝑuenit ꝓfectio anni ex numero quo datur oibus .30. gradibus annꝰ ꝛ .2. gradibꝰ cum dimidio mēſis vſqꝫ ad diē quo ſurrexerit rex: ꝛ ipſe erit locus equa

tionis secunde partis:serua quoqz eum:post hoc aspice a planeta occiden-tali a sole ex saturno z ioue vsqz ad locum equationis partis secunde quam seruasti:z proiice eum ab ascendente reuolutionis:z quo peruenerit erit locus ptis secūde.he sūt ptes que significant fortitudinē regiſ z ei⁹ duratiōem

Item sunt alie partes quibus inutuntur:reuolutionibus annorū mundi: z scitur per eas quid graue de rebus in foro:z quid erit leue in precio:quidue preciosum seu vile:multum seu paruz:hoc est vt aspicias vbi ceciderit pars idest in cuius planete domo exaltatione termino vel triplicitate:qui planeta si fuerit retrogradus vel cōbustus vel in malo loco vilescit illa res z erit parui predij. Si vero fuerit in loco fortitudinis aut in angulo z maxime in medio celi grauabitur illa res z erit magni precij:z si peruenerit dominus domus ad locum descēsionis sue vilescit illa res z aspice aspectus fortunarum z planetarum malorum ad ea necnon z ad lunā z dn̄m eius:z vide quo modo z quis aspiciat ipsam partem si fortuna z luna aspexerint illā partem multiplicabitur illa res: z si aspexerint eam mali detrimentuz patietur. ¶ Pars dispositionis anni a luna in mercurium. ¶ Pars aque a luna in venerē. ¶ Pars ordei a luna in iouem. ¶ Pars ciceris ꝙ est quoddam genus leguminis a venere in solem. ¶ Pars lentis a marte in saturnum. ¶ Pars fabarum a saturno in martem ¶ Pars almusi.i.milij a saturno in martem. ¶ Pars ceparum a saturno in martem. ¶ Pars tritici a sole in martē. ¶ Pars nucuz a mercurio in martē ¶ Pars zucari a mercurio in venerem. ¶ Pars dactilorum a sole in venerem. ¶ Pars mellis a luna in solez. ¶ Pars alroz.i.ris ꝙ est genus farris a ioue in saturnum. ¶ Pars oliuarum a mercurio in lunam. ¶ Pars vuaruz a saturno in venerem. ¶ Pars bombicis a mercurio in venerē. ¶ Pars alonicem.i.sisami quoddam genus seminis albi in similitudine seminis lini: z vtuntur eo medici.fit autem ex eo vngētum vtile a mercurio in iouem vel a saturno in venerē. ¶ Pars que sunt albuceflex idest mellones qui sunt magni z crocei a mercurio in saturnum. ¶ Pars ciborum acrium a saturno in martem. ¶ Pars ciborum dulcium a sole in venerem. ¶ Pars ciborum saporis apij vel huiusmodi herbarum saporem habentium a marte in saturnum. ¶ Pars ciborum amarorum a mercu.in saturnum. ¶ Pars medicaminū acrium a saturno in iouem. ¶ Pars medicaminum salsorum a marte in lunam. ¶ Pars medicaminum venenatoruz a genzahar.i.a capite draconis in saturnum:z proiiciant͛ vniuersa hec ab ascendente.reuolutionis anni. Hec sunt vniuersa que ceciderūt nobis ex ptib⁹:itroduxim⁹ quoqz has ptes nouissimas:z si est i eis narratio debilis:ne dimitterem⁹ aliqd ꝙ posset eē introductoriū ad magisteriū iudiciorum astrorū quin pferamus illud.

Tabula amicicie z inimicicie signorum.

Amici	♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓	Inimici
	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓	♈	♉	
	♍	♐	♑	♒	♓	♈	♉	♊	♋	♌	♍	♊	



Ir sapiens dominabitur astris. Dicit Ptholemeus in sapientijs almagesti. Et potest declarari sic. Ille dominabit astris q effectus puenientes ex ipsis astris potest impedire vel prohibere: sed hoc potest facere vir sapiēs quare rc. Maior est manifesta: qr ille dominat alteri qui potest sibi dicere fac hoc r facit: r dimitte hoc r dimittit. Minor pbat auctoritate Ptolemei in qnta ppositione centiloquii vbi dicit. Optimus astrologus multum malum phibere pōt qd̄ s̄m stellas venturum est cū eius naturam presciuerit. sic enim premuniet eum cui malum venturum est vt cum venerit possit illud pati. Et cōfirmatur auctoritate eiusdem in ppositione octaua eiusdē vbi dicit. Anima sapiens ita adiuuabit opus stellarum quéadmodum seminator fortitudines naturales. ¶ Sed aduertēdū est de modo per quē sapiens potest impedire vel adiuuare opus stellaꝝ. Certū est q̄ nos nō possumus simplr impedire influētiam celestem sicut nec cōbustionem ignis: sed possumus disponere passuz ad recipiendum alio vel alio modo influētiam celestem. Uidemus enim q̄ idem calor solis glaties dissoluit r cōstringit lutum. Ponit haly de hoc familiare exemplum in cōmento preallegate ppositiōis. Optimus astrologus rc̄. Dicens si sciuerimus q̄ debeat alicui euenire egritudo calida r sicca de natura martis: poterimus ipz ante aduentum illius influētie mutare ad oppositum. s. ad frigiditatem r humiditatem: r sic influētia que deberet sibi facere egritudinem reducet ipsum ad temperamentum. ¶ Patet etiam cuilibet q̄ possumus impedire actiōez ignis ne combūrat aliquod combustibile determinatum. s. remouendo ipm ab igne vel pijciēdo aquam super ipsum. ¶ Cū igitur sciētie diuidātur secūdum diuisionem rerum de quibus sunt: r quilibet dicatur sapiens in sciētia sua accipiēdo large sapiētiam p sciētia sicut accipit albumazar in multis locis sui introductorij: vt videamus de quibus sapiētibus sint dicta verba pposita: possumus distinguere inter sapiētes r sapiētes modo quodā vniuersali. ¶ De numero igitur sapiētum qdam sunt sapiētes veraciter: qdā apparenter. Hanc distinctionem tangit Aristoteles in primo elenchorū vbi dicit. Quidam sunt pulchri ppter decorem: qdam autem fingūt componētes se. Et isti. s. apparēter sapiētes sunt bipartiti. quoniā qdam eoꝝ apparent sapiētes solum secūdum estimationem vulgi sicut diuites huius mundi. r qdam apud prouectos sicut sophiste. Primi sunt habentes diuitias huius mundi de quibus dicit Albumazar in introductorio suo magno vbi loquitur de sectis cōtradicentibus astronomie. Et sūt illi de noua secta. Dicit ibi Albumazar. Dignior apud vniuersitatem vulgi est cui fuerit plus substantie. sicq̄z fit quia dignitas substātie apud ipos est plus dignitate sciētie. Et dicūt q̄ cum

fuerit hō hñs substātiā nō impedit eū si fuerit imperitus in sciētia astrorū: ⁊ medicine ⁊ ceteraꝝ sciaꝝ ꝓbātes ꝓbatiōe falsissima: qꝛ ꝓbant sciam ꝑ substā tiam. Et hec ꝓbatio erroris est ꝓbatio falsissima: qꝛ res ꝓbātur ꝑ genus suū .i. ꝑ cōsimile .i. sapiētia ꝑ sapiētiā. suba ꝑ subam: ⁊ nō ꝓbanť ꝑ nō cōsimile sibi ergo nō ꝓbať sapiētia ꝑ sbaз. Alij apparēt scientes vel sapiētes apd aliqua liter ꝑfectos sicut sophiste. De q̄bus dicit Ar. in p̄mo elēchoꝝ. q̄busdā ma gis opere p̄ciū est videri ⁊ nō existere q̄з existere ⁊ nō videri: ⁊ magister Ala nus de insula loquēs de eis dicit. Huius scolas vsitāt paupes legiste: veras lites agitāt: fiunt agoniste. Hic ꝓbat hic improbat: huic ꝯcludit iste. Atqз duo centū cōclamāt ore sophiste. Uere sciētes differunt ꝭm magis ⁊ minus cer tum: vt dicit Cōmētator scd̄o methaphisice. Scie mathematice sūt in p̄ gra du certitudinis. Naturales v̄o sequūtur eas. Isti minus certi .s. logici ⁊ natu rales nō trāsferētes se ad alias scias nō hn̄t de phia nisi v̄ba: de istis ēt dicit magister Alanus. Iste semꝑ clamitat ⁊ argumētať: dū Aristotelicas latebras rimať. Sed si q̄ras qualr̄ aut qd epulať mens studio viuit: sed vēter philoso phať. Magis certi sunt mathematici. Et illi sūt biptiti q̄m q̄dā eoꝝ studēt in motibus tm̄ ⁊ nō curāt de iudicijs: vel negāt ea. Et isti sūt de q̄bus dicit Al bumazar in q̄rta ⁊ q̄nta secta ꝯdicētiū iudicijs ꝭm q̄ videbiť postea. Secūdi aūt studēt in motibus ⁊ in iudicijs: de q̄bus dicit Alanus loquēs de ipso Al bumazar. Illic astra polos celū septēqз planetas cōsulit Albumazar terrisqз reportat eoꝝ. Cōsiliū armās terras firmāsqз caduca. Cōtra celestes iras su perūqз furorē. De istis Ptolemeus dicit v̄ba ꝓposita. Uir sapiens dn̄abitur astris. In q̄bus v̄bis Ptolemeus tāgit tres ꝓprietates vel ꝯditiōes quas dз verus philosophus hr̄e: ⁊ maxime astronomus ꝭm q̄s tria gn̄a hoium ab astronomia repelluntť. Prima cōditio est stabilitas intētionis. Scd̄a ē ha bilitas dispōnis. Tertia est abdicatio terrene possessionis. Primā tangit cuз dicit vir. Secūdā cū dicit: sapiēs. Tertiā cū dicit: dn̄abiť astris. ¶ Quātū ad p̄mā ꝯditionē dicit Ptolemeus in p̄ma ꝓpositiōe cētiloquij. Scia stellaruз ex te ⁊ ex illis est. Et haly in cōmento eiusdē dicit. Qui res futuras scire desi derat duab⁹ vijs opз incedere. Una vt accipiat motū stellaꝝ ⁊ opa que fiunt in rebus ꝭm motū eaꝝ. Et aspiciat libros quos antiq̄ scripserūt de significa tiōe motuū ipsaꝝ: ⁊ adiūgat his q̄cunqз ꝓbauit in tp̄e suo. Cū ergo magnus sit labor in aspiciēdo motus stellaꝝ nō pōt astronomus eē effeminat⁹ nec re missus. Et cū multū tp̄s req̄rať ad respiciendū libros antiquoꝝ nō pōt eē va gabūdus. Opз ergo vt astronomus sit firmus ⁊ stabilis in meditatiōe. Et sic effeminati ⁊ remissi ab astronomia sūt repulsi. ¶ Quantū ad scd̄am cōditio nem dicit Ptolemeus in septima ꝓpositione cētiloquij. Nemo poterit dare certa iudicia ꝭm stellaꝝ cōplexionē: nisi hō q̄ vim aīe ⁊ cōplexionē naturaleз bene cognouerit vult ergo q̄ hō naturalr̄ dз esse dispositus ad istam sciam q̄ dз ꝓficere in ea. Hoc ꝭm q̄ mihi vr̄ hз ista scia p̄re oib⁹ scientijs. Uidi eniз bonos clericos in logica ⁊ in naturali phia q̄ nullo mō poterāt aliq̄d cape d̄ astronomia: imo nec algorismū. Patet ergo q̄ naturaliter indispositi repulsi sūt ab astronomia. de q̄bus Albumazar facit sectam ꝭm q̄ videbitur statiз. ¶ Quantū ad tertiā cōditionē dicit Haly in cōmēto p̄me ꝓpositionis cētilo

quij. Quia oportet nos sollicitos ee circa mūdana: auferk a nobis futuror cognitio: sed si a mūdanis oib9 separemur possemus futura pcognoscere. sicut videmus heremitar qz plures q futura predicūt. Et epilenticor qdam dum epilētia torquētur futura pdicunt: qr tūc corpeis sensibus nō vtunk sed sola vi anime. Pater ergo q philosophus nō dz esse diues teste philosopho septimo politice. Non opz philosophum esse dnm terre r maris: sed sufficit vt habeat famulum ministrātem sibi olera. Et sic habentes diuitias hui9 mūdi ab astronomia sunt repulsi. Quod aduertēs Socrates aurum proiecit in mari sicut narrat Ualerius. Ista conditio nō placet multis: nec etiam mihi. ¶ Quātum ad istas cōditiones consolatur nos Albumazar in introductorio: r spāliter quātum ad vltimā: quia mutat eam ad oppositum. Dicit sic. Et fortassis nō sufficiunt aliqui ad sapiētiam huius magisterij dum aspiciūt in quibusdam rebus peruenire ex veritate r comprehēsione earum ad hoc vt possint errorem a se repellere pp breuitatem exercitij eor in cognitiōe oiuz rerum. quarū cognitio necesse est illis in illa eadem intētione: quātum ad primā conditiōez. Et paucis interpositis dicit. Et hoies subtiles r profunde sapiētie forsitan nō sufficiūt multi eorum qui vtunk eis comprehēdere eas: cūqz fuerit sciētia huius magistery ceterorūqz magisterior que necessaria sūt in presentia rerum pre profunditate quā diximus a sensibus longinq quantum ad secūdam cōditionem. Tunc cōsolatur nos r dicit. Non debet annullari quod ex eius sciētia potest pertingi pter illud quod nō potest pertingi. Et paucis interpositis dicit quia modicū sapiētie multi profectus. Et in hoc mutat tertiam conditionem ad oppositum. Et probat q maior vtilitas sit in astronomia qz in aliqua alia scientia. Et si contingat in ea error tolerabilior est r minus nocet qz in ceteris scientijs. Et dicit sic. Uidemus nāqz medicos errare in prescientia infirmitatū r morbor dum predicunt que accidūt infirmo ex grauitate morbi r eius leuitate r exceleritate sanitatis r eius tarditate: eius quoqz sanitate uel morte: sed illud modicum erroris medicorum nō impedit eos ab appetitu sui magisterij r ab eius dispositiōe r exercitio: nec generak reprehēsio vel dubium hoium erga eos q viderūt ex modico erroris in suo magisterio querere vtilitatem r profectuz per eorū curationem r acquiescere eor medicaminibus. Similr r dispositores nauium nō dimittūt magisterium suum nec dimittūt hoies cursum maris pter modicū erroris nautarum. Similr ceterarū sapiētiarum r magisteriorum auctores uix possunt euadere accidentia erroris seu aduentum alicuius impedimenti quod euenit eis: sed pter hoc nō annullatur eorum magisteriū. Et horum omniū que diximus error impedimēti plus est qz error astrologorum: qr medicus cum errauerit in prescientia infirmitatum: aut curatōe: aut in medicaminib9 fortassis erit hoc causa perditionis animarū. ¶ Et cum errauerint naute fortassis erit hoc causa perditionis nauium r earum naufragium r eorum qui in eis sunt interitus. Et si errauerint pastores r pceptionis animaliū auctores erit hoc fortassis prouocatio perditionis eiusdem generis animaliū. At vero si astrologi errauerint hoc magis ascribitk ignorātie astrologi in pscientia rei: omittit enim inquisitor precauere horribilia anteqz ueniāt r propter

ignis quidam gradus. Quinta ibi. ₇ in circulo. Sexta ibi: ₇ oēs duo gradus. Prima pars potest diuidi in duas partes: quoniā in prima parte incipit enumerare gradus mascsulinos ₇ femininos litteraliter. In secūda parte ponit tabulā de eis. Qd̄ dicit patet in littera. Postea dicit ꝙ sunt qdā grad⁹ in circulo qui dicunt̃ lucidi ₇ qdam tenebrosi: ₇ qdā fumosi ₇ quidam qui vocant̃ vacui. Et icipit primo eos enumerare. Et deide ponit de eis tabulā ₇ patet. postea dicit ꝙ sunt in circulo qdam gradus qui dicuntur putei. ₇ enumerat illos omnes in littera. ₇ qdam libri habent tabulam de eis factam. Deinde dicit ꝙ in signis sunt quidam gradus qui dicuntur azemena. Et dicit ꝙ azemena est quedam debilitatio corporalis vt est cecitas vel surditas vel aliqd taliuꝫ vel amissio mēbri. Juxta quod notanduꝫ ꝙ dicit Haly Abenragel in p̄mo capitulo domus sexte libri sui de natiuitatib⁹. Quando pars azemena fuerit in ptitione ascendentis ₇ luna iuncta cum ea vel dominus ascēdentis significat ꝙ azemena erit in illo membro nati quod cadit in partitione illius signi. ¶ Notandum est etiam ꝙ si sol in natiuitate alicuius fuerit in gradu azemena erit debilitatio in oculo dextro si luna erit in sinistro. Postea dicit ꝙ sunt quidam gradus in circulo qui dicuntur augmentantes fortunam ₇ enumerat eos in littera. Juxta quam partem notandum est quod Haly dicit in commēto. 229. propositionis prime partis quadripartiti scire te conuenit ꝙ gradus augmentantes fortunam sunt gradus exaltationis solis ₇ planetarum fortunarum. sicut. 19. arietis. 3. tauri. 15. cancri. 27. piscium. Similiter sunt illi in quib⁹ adiunguntur termini fortunarum: sicut. 13. sagittarij ₇: 13. piscium. ₇ sunt etiaꝫ gradus terminorum fortunarum. Et gradus in quibus sunt stelle fixe de natura fortunarum. Et econtrario in quibus sunt stelle de natura infortunaruꝫ Et postea dicit ꝙ omnes duo gradus qui sunt eiusdem longitudinis a capitibus signorum mobilium sunt eiusdem fortitudinis. Et dicuntur consortes sicut. 20. gradus capricorni. ₇. 10. gradus sagittarij. Isti eni duo gradus equaliter distant a capite capricorni. ₇. 20. libre. ₇. 10. virginis equaliter distant a capite libre. Et. 20. cancri ₇. 10. geminorum equaliter distant a principio cancri. ₇. 20. gradus arietis. ₇. 10. piscium equaliter distant a principio arietis. Ptolemeus dicit. 229. propositione prime partis. Astrologi ceteri multum locuti fuerunt de gradibus ₇ diuiserunt eos in gradus lucentes lubricos ₇ fumosos. Et sunt ex eis azemana: ₇ sunt ex eis putei. Et locuti fuerunt de alijs multis sicut inuenies per multos libros astronomie. Et si hoc inuenerunt experientia bonum est ꝙ operis per hoc. Et forsitā si eis accidit ꝙ aliquis planeta vel stella fuit in gradu vel eius radius ₇ fecit fortunam ceciderunt ꝙ gradus hoc fecerit. Et siquidem ita est conuenit vt te mutes de vno gradu in alium. Et hic finem imponamus nostre rationi. Uidetur per istam litterā ꝙ Ptolemeus non multum approbat gradus augmentantes fortunam ₇c̃. Dicit enim si ita est conuenit vt te mutes de vno gradu in alium. gradus eni dicuntur lucidi vel tenebrosi propter stellas fixas ibi existentes. Et vult Haly secundum ꝙ preallegatū fuit ꝙ gradus dicuntur augmentantes fortunam in quibus sunt stelle de natura fortunarum. Constat autem ꝙ stelle fixe mutant loca sua respectu zodiaci none sphaere. Ex illa littera Ptolemei po-

test trahi q iudicia debent fieri secundum nonam sphaerā ꝛ non secundum octauā. Ex quo enim uult q istos gradus oportet mutare: cōsequens est q grad⁹ scdm quos debēt fieri iudicia non mutanť. Albumazar in introductorio suo pōit istos grad⁹. s. masculinos ꝛ femininos lucidos ꝛ tenebrosos ꝛc. Et dicit ibi si planeta in natiuitate vľ iterrogatōe masculi fuerit in gradu masculino uel in natiuitate feminine uel iterrogatiōe in gradu feminino erit cuius significatio fortior. De gradibus lucidis tenebrosis ꝛ fumosis dicit si ceciderit planeta in gradu lucido: erit ei⁹ significatio fortior in significatiōe bonorum ꝛ significat pulchritudinem. Et si ceciderit in gradu tenebroso significat duritiem ꝛ tarditatem ꝛ horribilem rem ꝛ tenebrosam ꝛ malam. Et cum ceciderit in gradu fusco: vel vmbroso vel fumoso: vel in gradu vacuo significat modicum horribile. Et si ceciderit planeta in gradu putei abibit eius pulchritudo ꝛ aspectus ꝛ debilitať in significatiōe sua. Fortune nāq cū ceciderint in eos debilitanť in significatiōe eaꝝ. Mali vō cum ceciderint in eos debilitatur significatio eoꝝ. Et fortassis significabit fortunā accidētalem ꝑpter debilitatem eorū super malum. De gradibus augmētantibus fortunā dicit antiqui putauerunt q in circulo erunt gradus augētes fortunā. Et dixerūt q planete cum nō fuerint in locis significātibus fortunā nati ꝛ fuerit luna vľ pars fortune in his gradib⁹ aut fuerint ipsi gradus ascendentes augent fortunam nati. Et si planete significauerint sibi casum. Isti gradus mouent eū in sublimationem per aliquā quātitatem quodam motu. De gradibus sublimitatis dicit. Quidam dixerūt q cum ascendens fuerit aliqs istoꝝ graduū aut fuerit sol in natiuitate diurna: aut luna in nocturna in quibusdam eorū ꝛ fuerit in loco optimo in figura. Et cum hoc significauerint planete radicis natiuitatis fortunā ꝑducet natū ad sublimitatem ꝛ sedem nobilitatis ꝛ dominabitur terris ꝛ ciuitatibus: ꝛ possidebit diuitias multas.



T quia auxiliante deo. Prius auctor determinauit de eē circuli signoꝝ essentiali. Hic determinat de esse accidētali ipsius. Et diuiditur in duas ptes: qm̄ primo cōtinuat dicta dicēdis. Secundo ꝑsequitur ibi: nam circulus signoꝝ. Et illa diuidiť in duas ptes: qm̄ primo determīat de diuisiōe accidētali circuli signoꝝ. Secundo determinat de ꝓprietatibus ꝛ significationibus consequentibus ipsam diuisionem: ꝛ incipit ibi: quarta aūt ps q̄ est ab ascendente. Et illa diuidiť in duas ptes: qm̄ primo ponit ꝓprietates ꝛ significationes quartarum. Scdo ponit significatiōes singulaꝝ domoꝝ: ꝛ illa incipit ibi: ꝛ vna queq domoꝝ. Primo dicit postq̄ cōpleuit esse essentiale circuli signoꝝ. nūc vult tractare de eē accidentali ipsius. Postea dicit q circulus figurať qualibet hora tali figura que diuidiť in q̄ttuor partes. quas diuidit circulus horizōtis ꝛ circulus meridianus. Et quelibet istarum quartaꝝ diuidiť in tres ptes equales ꝑm diuisiōem signi ascendētis in circulo directo. Et hoc mō diuidiť totus circulus in. 12. partes que vocātur turres vel domus: cuius expositio est in canonibus tabulatum. Intelligēdi sunt duo circuli magni trāseūtes p polos mūdi: quoꝝ vnus est circulus meridianus: ꝛ alter circulus transiens ꝑ punctū zodiaci q est in

contactu horizontis orietalis: ⁊ per punctum oppositum.s.qui est in contactu orizontis occidetalis intersecas circulum meridianum sup polos mudi. Isti duo circuli diuidut totu celum in quattuor partes que quandoq3 inter se sunt equales quadoq3 inequales: vt plurimum tamen sunt inequales. Si enim principium Arietis vel principium libre fuerit in ascendete. Iste quarte sunt equales. In omnibus autem alijs dispositionib⁹ sut inequales. Postea intelligatur portio circuli equinoctialis intercepta inter circulum meridianum ⁊ circulum traseutem p initium ascedentis diuidi in tres ptes equales. Similiter alia portio circuli equinoctialis que est ab ascedete vsq3 ad inferiorem ptem circuli meridiani.s.ad angulum terre intelligat diuidi in tres partes eqles. Deinde imaginent circuli magni traseuntes p diuisiones pdictas ⁊ p polos mudi. tuc portio zodiaci intercepta inter quoslibet duos circulos primos est vna dom⁹. Hec est positio Ptolemei: ⁊ ista tenet coiter. Est etia3 alia imaginatio de domibus qua tenet Abraha auenezre. Et imaginat transire circulos p diuisiones equinoctialis: ⁊ p interfectionem circuli meridiani ⁊ horizotis in pte septetrionis. Ista via comuniter no tenet: ideo no curo eam multum explanare. Inuenire autem pncipia. 12. domorum p astrolabium non est difficile: imo leue. cuius doctrinam hic interponere esset longum ⁊ supfluu cu in canonibus astrolabij fuerit posita sufficienter. Qui autem voluerit domos equare p tabulas in canonibus tabular pmi mobili: ⁊ doctrina completam inueniet. Deinde dicit auctor pncipiu huius diuisionis est ascendens cuius initium est in puncto hemisperij ex parte orietis. Deinde sequit secuda domus: deinde tertia: ⁊ sic vsq3 ad duodecima.

Quarta autem pars. Hic auctor ponit proprietates ⁊ significationes circuli signorum consequetes diuisionem eius accidentalem. Et dicit q quarta ps circuli que est ab ascendente vsq3 ad medium celi scilicet. 12. domus. 11. ⁊. 10. dicit quarta orientalis masculina adueniens. Et significat initium vite ⁊ vocatur puerilis sanguinea. Et alia quarta est a medio celi vsq3 gradum occidentis scilicet 9. 8. ⁊. 7. domus dicitur meridiana feminina recedes a nobis: ⁊ significat mediam etatem que vocatur perfectio iuuentutis: ⁊ vocatur estiualis ⁊ colerica. Tertia quarta que est a gradu occidentis vsq3 ad angulum terre scilicet. 6. 5. ⁊. 4. domus est occidentalis masculina accedens ad nos: ⁊ significat finem vite: ⁊ vocatur autumnalis melacolica: ⁊ est mediocris etatis. Quarta pars que est ab angulo terre vsq3 ad ascedes scilicet tertia secunda ⁊ pma domus est septetrionalis feminina recedens a nobis: ⁊ significat quod accidit homini post mortem ei⁹ quantum ad memoriam hominum scilicet utru dicatur de ipso bonu vel malu. Et hec pars vocat senilis flegmatica defectiua ⁊ hyemalis. Et est recte compatio qua auctor ponit hic sicut illa qua posuit in diuisione eentiali circuli. excepto qd addit hic q significat initiu ⁊ medium ⁊ fine vite: ⁊ qd accidat hoi post mortem eius. Postea dicit q tota illa medietas q est a medio celi eundo p ascedes vsq3 ad quartam domum vocatur medietas ascendens. Et alia meditas que est a quarta domo eundo p gradum occidentis vsq3 ad mediu celi vocat ascendens. Et tota medietas q

est sup terrā vocat dextra: ⁊ illa que est sub terra vocatur sinistra. Deinde dicit q̄ prima domus ⁊.4 ⁊.7.⁊.10. vocātur anguli. Et.2.5.8.⁊.11. vocātur succedentes angulis.3. autem.6.9.⁊.12. vocātur cadētes ab angulis. Deinde addit quoddā notabile: ⁊ dicit cū planeta fuerit in angulo vel in succedente dicitur ꝓficere: ⁊ si fuerit in cadentibus dicitur deficere.



Et unaqueqꝫ istarum domorū. Hic auctor ponit significatiōes ꝓprias cuiuslibet.12. domorū. Et tota ista ps pōt diuidi in quattuor: quoniā in prima parte ponit significatiōes.12. domorum quātum ad esse hoium. In secunda pte ponit significationes domorum quantum ad colores. In tertia parte ponit quasdam regulas que possunt dici amphorismi. In quarta parte docet eligere significatores. Prima incipit in principio. Secunda incipit ibi: significant: ⁊.12. domus colores. Tertia ibi: ⁊ dicitur in significatione domorum. Quarta ibi ⁊ cum volueris scire planetam dominatorem rei. Prima pars potest diuidi in duodecim partes secūdum q̄ ponit significatiōes.12. domorum: ⁊ vbi incipiūt patebit. Primo dicit q̄ vnaqueqꝫ domus significat aliqd de esse hoium. Nam prima domus que incipit ab horizonte oriētali q̄ vocatur ascendens significat corpora hoium ⁊ vitam: initia oium opeꝝ in interrogationibꝰ ⁊ locutionibꝰ ⁊ rumoribꝰ ⁊ ceteris talibꝰ. Et significat cogitationeꝫ querētis scilicet quod querēs hꝫ in animo ⁊ significat principium vite. Et dominus triplicitatis prime domus. primus significat vitam ⁊ naturā nati seu interrogantis: ⁊ eius delectationes atqꝫ volūtates quid diligat vel qd odio habeat: ⁊ qd boni vel mali accidat ei in initio vite. Et scḋs dn̄s triplicitatꝭ huius domus significat vitā ⁊ corpus ⁊ virtutē siue fortitudinē nati ⁊ medium vite. Tertius dn̄s triplicitatis significat idē q̄ socꝫ ⁊ significat p se fineꝫ vite. Ex ista lr̄a pōt colligi q̄ si p̄mus dn̄s triplicitatis huiꝰ domus fuerit fortior alijs duobꝰ erit p̄ma ps vite melior: ⁊ sic ď alijs duobꝰ itelligas. ¶ Circa istā domū q̄dam sunt notāda. Notādū est p̄mo de intētiōe q̄rētis qḋ dicit Ptolemeus in.94. ꝓpōne cētilogi. Locus fortioris significatoris in ascēdēte ē id qḋ est in aīo interrogantis. Jōqꝫ cū volueris scire intētionē q̄rentis: vide qs planetaꝝ hēat plures fortitudis in ascēdēte in illa hora qn̄ venit ad te aio interrogādi: ⁊ vide in qua domo ex.12. domibꝰ sit ille planeta. ⁊ dicas ꝑm significatōes illius domus in qua fuerit. Uerbi grā. Pono q̄ ascēdēs sit leo ⁊ sol hēat plures fortitudies in gradu ascendēte: ⁊ pono q̄ sol sit in.2. domo dico q̄ intētio sua est petere de substātia sua vel de lucro: vel de aliquo consimili. Et si sol fuisset in terra domo dixissem q̄ vellet petere aliqd de esse fratris vł fratrū ⁊ sic de alijs domib suo mō. Et si ueniens ad te tenuerit aliquā reꝫ in manu sua vel alio modo eam occultauerit: ⁊ si volueris scire substantiā ⁊ naturam illius rei aspice planetā fortiorem in ascendēte si aspexerit ascendens erit illa res de substantia signi ascendentis. Si non aspexerit ascendēs erit ď substātia signi in quo est planeta. Si fuerit signum terreū: erit de natura terre vel aliq̄ res q̄ nascit de terra. Si fuerit signū aquaticū: erit aliq̄ res de natura aq̄: vł q̄ nascit i aq̄. Si fuerit aereū: erit aliq̄ res ď nā aeris. Si fuerit signū

igneū erit aliq̄ res q̄ opat̄ p ignē. Et si volueris scire colorē rei aspice dn̄m hore ⁊ ƀm colorē illi⁹ iudica. De colorib⁹ planetaꝝ dicet̄ postea vbi loquet̄ de naturis planetaꝝ dn̄o ꝯcedēte. Et si volueris scire vtꝝ res sit noua vel antiq̄ aspice lunā: si fuerit sup terrā erit noua. si fuerit sub terra erit ātiq̄. Et si volueris scire vtꝝ sit lōga vel breuis: aspice dn̄z termini grad⁹ anguli terre q si fuerit in auge sui circuli erit res lōga. Si fuerit in opposito augis erit breuis. Si in lōgitudib⁹ medijs mediocris iter longū ⁊ breue. Hec est sn̄ia ptolemei in 90. ppōne cētilogi. Cū aspexerit significator ascēdēs ⁊c. Dicit Haly Abenragel si aliqs q̄sierit a te de vita sua vtꝝ sit lōga uel breuis: aspice dn̄m ascēdēt̄ ⁊ lunā. Si fuerit salui ab ifortunis significāt longā vitā. Et si fuerit cōbusti vl̄ ifortūati significāt puā vitā. ¶ Notādū ē circa nutritionē. s. utꝝ puer sit vital' vel nō. Dicit Haly Abēragel qn̄ dn̄i triplicitat̄ luminaris tēporis vult dicere dn̄i triplicitatis signi in quo est sol si fuerit natiuitas diurna vel signi lune in natiuitate nocturna fuerit in ascēdēte: vel in. 10. domo: vel. 11. vel. 5. est significatio bone ac leuis nutritōis. Et si fuerint in septima: significāt malā nutritionem: ⁊ anxiā atq₃ laboriosaz. Qn̄ grad⁹ ascēdens ⁊ luminare tp̄is dānati fuerint: significat ꝙ nō nutriet̄ nisi dn̄i triplicitatis fuerint salui ⁊ firmi i angul'. Qn̄ luna fuerit ifortunata in ascēdēte: nutritionē nō significat. Qn̄ luna fuerit in. 4. domo iūcta corpal'r cū ifortuna aut de q̄rta uel oppositōe aspicit infortunā significat ꝙ nō nutriet̄ ⁊ mater ei⁹ est in piculo: aut forsitā moriet̄. Dicit Abrhā Auenezre. Si dn̄s ascendētis fuerit cōbust⁹ natus nō viuet spaciū 8. dieꝝ. Portata fuit mihi natiuitas vnius pueri cuius ascēdens erat uirgo ⁊ Mercuri⁹ fuit in piscib⁹ i detrimēto suo retrograd⁹ ⁊ cōbust⁹. ⁊ ego credidi huic dicto ⁊ dixi ꝙ puer nō uiueret p octo dies ⁊ mortu⁹ fuit in sexta die. Dicit Haly Abēragel: ꝯiūctio planetaꝝ humanitatē nō significat. Uult dicere cōiūctio pluriū planetarū in ascēdēte nō siḡt nutritionē. Et ponit ibi vnuz exemplū notabile. Dicit vocauit me rex nostre ciuitatis: ⁊ vna ex mulieribus pepat filiū ⁊ fuit ascendēs libra. 8. gradus termin⁹ Mercurij: ⁊ fuerūt in eo Jupiter Uenus Mars ⁊ Mercuri⁹ ⁊ cōuenit ibi vna societas astrologorū ⁊ q̄lib₃ eoꝝ suam opinionez dixit: ⁊ ego tacui. Rex dixit mihi quid habes ꝙ nō loqueris. Cui respondi date mihi terminum trium dierū: quia si filius vester transierit tertium diem erit de ipso miraculū magnū. Et quando natus cōpletas habuit. 24. horas posuit se ad loquēdum: ⁊ locut⁹ fuit ⁊ fecit signū cū manu ⁊ rex multum expauescebat inde. Et dixit possibile eē ꝙ diceret aliquā pphetiā: vel aliquod miraculum. Et rex iuit ad natū: ⁊ nos cū eo ad audiendum quid diceret. Et infās dixit: ego sum nat⁹ infortunat⁹ ⁊ natus sum ad iudicādū amissionem regni ⁊ destructionē gentis almanam. Hinc statim cecidit nat⁹ ⁊ mort⁹ est. ¶ De his qui moriuntur anteq̄₃ recipiunt cibum dicit Ptolemeus in q̄dripartito. generaliter dico ꝙ qn̄ aliq̄d luminare fuerit i aliquo angulorum ⁊ fuerit similiter aliqua infortuna participationē habēs cum eo in longitudine que sit cū eo gradu per gradū: vel ipsum aspiciēs in figura duoꝝ alterum equalium. Nec habuerit cum eo fortuna participationem de figura. Et dispositor luminarium loci inuent⁹ fuerit in locis planetarum infortunarum natus ille non recipiet cibum ⁊ moriet̄ hora qua nascet̄

Dicit abrahã cũ fuerit cauda draconis in ascẽdẽte natiuitatis nat⁹ ille erit ce-
cus ꝛ scḋz distãtiã ei⁹ a gradu ascẽdẽtis erũt ãni. Uerbi grã: si fuerit in .10. gra
du ab ascẽdẽte cecabit̃ in .10. ãno. Electiones hui⁹ dom⁹ sunt inceptiones re
rũ. sicut icipere edificare vel aliqd cõsil'e. Dicit hyspalẽsis in electionib⁹ pme
dom⁹. Si sciueris natiuitatem alicui⁹ caueas in electione sua ne ponas signũ
in ascẽdente in quo fuit ifortuna in sua natiuitate. Si aũt ignoraueris natini-
taté elige scḋm nãm rei pro qua fit electio. verbi grã: si fit electio pro incipien
do scribere aliqué librũ fortificet̃ mercuri⁹. Si pro eundo ad belluz fortificet̃
mars. Si si pro edificãdo ponat̃ signum fixũ in ascẽdẽte. Dicit idẽ hyspalẽsis
volẽs horã sanguinis minuẽdi eligere fac vt sit luna in trino vel sextili aspe-
ctu martis. ꝛ caue ne sit coniuncta cum eo corpal'r vel in qrto vel in opposito
ei⁹. ¶ Et fac ut sit luna in signo humoris minuendi



Ecunda domus.

Hic auctor ponit significatio-
nes scḋe domus. Et dicit q̄ se
cũda dom⁹ significat substãtiã ꝛ victũ ꝛ auxiliatores ꝛ ministros
ꝛ significat finẽ iuuẽtutis. Et Anduzgã dixit vide qs ex trib⁹ dñis
triplicitatis dom⁹ substãtie sit fortior in se. i. in loco in quo est in
figura ꝛ hñt facies significatorẽ substãtie. Qui si fuerit in decima domo hẽbit
substãtiã a rege. Et si fuerit in domo fiducie. i. in vndecima erit meli⁹. Alia lit-
tera hẽt si fuerit in domo fidei erit magis. Credo qḋ pma littera sit uera. Do-
mus enim fiducie est domus substantie regis. Et pmus dñs triplicitatis dat
substãtiã in pnripio vite: qui si fuerit fortunat⁹ erit nat⁹ diues in pncipio vite.
secund⁹ dat substãtiã in medio vite: qui si fuerit fortunatus erit natus diues
in medio vite: terti⁹ dat substãtiã in fine vite. qui si fuerit fortunat⁹ natus erit
diues in fine vite. Et sil'r intellige de ifortunijs eorum idest si aliqs eorum fue
rit infortunat⁹ amittet natus substãtiam in illa pte vite que ei attribuit̃. Dicit
hyspalẽsis in canonibus huius dom⁹ cõsidera vtrum dñs scḋe domus sit in
ascẽdente uel dat vim suam domino ascendentis ꝛ nõ fit in domo lapsa si sic
hẽbit lucrum sine labore. Et si econtra fuerit fit econuerso. Et si Jupiter fue-
rit in natali angularis uel sit in suo honore uel hẽat vim in ascendente uel cõ
sideret ptem fortune: uel sit dñs domus solis in natali diei: uel dñus domus
lune in natali noctis: uel fit dñs hore non deerit nato census in vita sua: quia
hic idest Jupiter est dñs substãtie. Si vero dñs ascendẽtis aspiciat dominũ
substãtie uel suam domum uel ptem fortune aspectu inimicicie destruet sub
stãtiam manu sua ppria. Si dñs ascendentis fuerit in secũda domo infortu
natus dabit pprio uelle substantiam suam. Si uero sit ibi planeta infortuna
tus qui nõ sit dñs ascendentis capiet̃ ab ipso vi siue furto. Si capricorn⁹ sit
ascendens natus erit cupidus ꝛ auarus: qꝛ dñs ascẽdentis ꝛ dominas secun
de sunt idem scilicet saturnus. Dicit Ptolemeus in canonib⁹ huius domus
res ptinentes ad lucra substãtie quomodo erũt conuenit nobis perquirere a
parte fortune solummodo quã scimus semper per id quod est inter solem ꝛ
lunã ꝛ pijcit̃ ab ascendente in nascentibus de die ꝛ in nascentibus de nocte.
Juxta quod notandum est qḋ pars fortune secundum Ptolemeum proiicit̃
hoc modo. subtrahat̃ verus loc⁹ solis a uero loco lune ꝛ quod remãserit cõ-

putatur a gradu ascendentis τ vbi numerus finitur ibi est pars fortune hoc mō iubet Ptolemeus semꝑ facere siue fuerit in die siue in nocte. De hoc plixius dicetur deo concedēte in expositione quinte differētie. ibi. n. habet locū. Postea dicit Ptolemeus iudicium huius est isti⁹ maneriei. Uolo dicere accipe planetas gubernatores signi. Dicit ibi Haly qd regula ꝑ quā scimus nati diuitias est accipe planetas gubernantes locū ptis fortune τ prepones illū qui habuerit ibi plures dignitates. Deinde dicit Ptolemeus τ qn̄ gubernatores partis fortune fortes τ potētes fuerint: erit natus magnaꝝ diuitiarum maxime si duo luminaria testificabūtur ibi testimonio cōcordato: id est aspectu trino vel sextili. Ptolemeus scias qd Saturnus significat qd diuitie nati erunt ex parte mulierū: aut ꝓ labore terre: aut ꝑ maria. Et Jupiter significat quod diuitie erunt pro senescalia vel pro donis bonorum τ religiosoruꝫ. Et Mars significat quod diuitie erunt producēdo milites: aut gubernādo homines armorum. Et Uenus significat quod diuitie erunt ꝓ donis amicorū τ mulieꝝ. Et Mercurius significat qd diuitie erunt pro scientijs τ mercimonijs. Dicit Haly abenragel debemus in hoc primit⁹ inspicere ad stellas fixas que sūt prime in scđe magnitudinis. Et si aliquā eaꝝ inuenerimus in gradu ascendētis: uel in gradu decime domus: aut in gradu septime: aut in gradu q̄rte: aut i gradu solis si natiuitas fuerit diurna: vł in gradu lune si natiuitas fuerit nocturna. Et melior hoꝝ locoꝝ oīum est gra. ascendēs. deinde gra. 10. domus: deinde gradus septime: deinde q̄rte. Et si de p̄dictis stellis fuerit in duob⁹ locis: vel in trib⁹: aut plurib⁹ si natus fuerit cum hoc de ꝓgenie regis erit rex altus. Et si de ꝓgenie regali nō fuerit: habebit potētiā τ mādatū simile potētie τ mandato regis τ ꝑueniet ad magnam nobilitatem τ altū dn̄ium τ p̄cipiet ciuitatibus vllis τ genti. Et scias qd stelle fixe. s. primi honoris eleuant hoiem ad altū gradum τ magnam dignitatē τ permutāt de infimo ad supremuꝫ. Hoc idem dicit ptolemeus in. 29. ꝓpositione centiloquij. stelle fixe dant dona modum excedētia: sed multotiens finiunt in malum. Dicit Haly in cōmento eiusdem ꝓpositionis cum he stelle sole prefuerint: id est sine testimonio fortunaꝝ planetaruꝫ erit mors illorum mors pessima. Dicit Haly Abenragel quādo pars fortune fuerit cadēs: τ in malo loco: vł fuerit sub radijs solis: aut in radijs infortune τ dominus eius in loco peregrino id est in loco in quo nullam habet dignitatem τ dominus secunde domus nō aspexerit ascēdēs: natus erit laboriosus τ pauper τ angusta τ misera uita uiuet. Nō ē bon⁹ sol neqꝫ mars neqꝫ saturn⁹ in secūda domo in aliqua natiuitate nec inde nat⁹ bonū hēbit: qm̄ sol distruet planetas: τ aufert eis lumē: τ mars est significator impedimētorum laborum τ defectus substantie. Saturnus significat pauꝑtateꝫ τ indigentiā τ peius hoc toto est si dn̄s dom⁹ substantie fuerit cōbust⁹ cū dānatiōe ptis fortūe. Dicit abrahā auenezre si uolueris scire quis nascētium fuerit pauper uel diues aspice dn̄um secūde domus q si fuerit fortunatus erit diues: si cōbustus vel retrogradus vel in casu suo erit paup: sicut dictū est in natiuitatib⁹ ita intellige de questionib⁹. De electiōib⁹ que fiunt in hac domo dicit hyspalēsis si volueris emere aliquā reꝫ causa lucrādi aspice vt sit luna in aspectu trino vel sextili soli; τ caueas ne sit sub luce

Solis: et melius est: ut dñs ascendétis det vim planete existenti in decima vel vndecima domo: ita qđ recipiens nõ sit retrogradus. Si Jupiter sit in ascé-dente quartadecima vel vndecima vel secunda domo bonũ est. Aspice etiaʒ vt sit pars fortune in bono loco: et melius est vt dominus partis eam aspi-ciat vel Luna vel Sol.

Tertia domus. Hic ponit significatiões tertie do-mus: et dicit quod tertia domus si-gnificat fratres et sorores ꝓpinquos et cognatos et dilectos: et si-gnificat fidem ac religionem mandata et legationes mutatiões: et itinera breuia. Et significat esse vite ante mortem. Et dicit An-duzgaʒ dominus triplicitatis huius tertie domus primus significat fratres maiores. Secundus mediocres. Tertius minores: et eorum status et digni-tas iudicatur secũdum status istorum dominorum. Dicit Haly Abenragel quando sol fuerit dominus tertie domus ab ascendente et combusserit do-minum secunde domus aut partem substãtie significat quod natus perdet substantiam occasione fratrum: et soluet pro eis impositiones amissiones et damna multa. Quando dominus tertie domus et pars fratrum vel Ju-piter fuerint insignis communibus vel signis multorum filiorum et fortune aspexerint eos aspectu amicicie: et cum receptione: significat quod natus il-le primogenitus est a fratribus suis: et quod habebit fratres potentes et bo-nos. Si dominus domus fratrum fuerit cõbustus aut pars fratrum fuerit combusta vel si sol fuerit in domo fratrum: aut in opposito Jouis: he sunt si-gnificationes paucorum fratrum et quod destruentur et expergentur. Quã-do dominus domus fratrum infortunatus fuerit super terram: significat quod dãnum et occasio perueniet in fratribus qui fuerint ante euʒ. Et si ha-buerit istud infortunium eo existente sub terra malum: et damnum istud per-ueniet ad fratres qui erunt post eum. Et hoc modo dices in bono et fortuna quando fortunatus fuerit in locis bonis et fortibus. Si dominus domus fratrum fuerit in ascendente: significat natum esse primogenitum: vel erit so-lus sine hoc quod unquã fratres habebit vel sorores: vel quando inter ascé-dens et medium celi nõ fuerit aliquis planeta significat similiter quod natus est primogenitus. Et si aliqui fratres nascẽtur post eũ perdentur. Et si forte aliquis ex eis remanserit: semper tamen erit maior et melior. Quando in ali-qua reuolutione annorum nati fuerit dominus tertie domus in decima ab ascendẽte natiuitatis aliquis fratrum eius morietur in illo anno. Similiter si dominus tertie radicis natiuitatis fuerit in decima domo reuolutiõis: hoc est ideo qꝛ decima domus ab ascendẽte est octaua a domo tertia. Si aliquis quesiuerit a te de statu fratris sui aspice signum tertium ab ascendente que est domus fratrum et dominum sue triplicitatis et dominum illius domus et que ex fortunis uel infortunis aspicit ipsum et in quo loco est: quia si inuene-ris dominum tertie domus in sexta domo uel applicanté dño sexte domus: aut dñm sexte in tertia. dicas quod frater eius est infirmus. Et si ipsum inue-neris in quinta vel .i i. dicas quod frater eius non est in loco suo: qꝛ iuit extra locũ suuʒ. Et si inueneris dominũ tertie domus infortunatũ: aut in .i 2. dicas

qd frater ei⁹ est in anxietate aut in ifirmitate. Et si inueneris dñm tertie cum Marte ambos ꝯiunctos ꝛ combustioné intrátes sub radijs solis. dicas qd nó euadet ab infirmitate. Et si ambo cóbusti fuerint iudica modis omnibus mortez. Et hoc modo inspicias si interrogatus fueris in reb⁹ ptinétibus ad alias domus vt d pr̄e vel filio vel vxore ꝛc̄. Dicit hyspalésis volés incipere ꝓximum iter fac ut planeta fortuna aspiciat domuz tertiam uel eius dñm ita qd nó sit ibi malus vel eius quart⁹ aspect⁹ uel opposit⁹. Si est luna in tertia domo bonuz est. Cancer Leo ꝛ Capricornus mali sunt ꝓ breui itinere. Luna in ascédéte uel in q̄rta domo in omni electióe malū. Cauendū est ne Luna sit in via cóbusta q̄ est a. 19. gradu libre vsq₃ ad tertiū Scorpionis. Caueudū est etiam ne sit luna ꝓpe caput uel caudá draconis infra. 12. gradus.


Varta domus. Hic ponit significationes quarte domus. Et dicit ꝙ q̄rta domus significat pr̄es ꝛ hereditates ꝛ fines reruz: ꝛ significat thesauros ꝛ omnes res occultas ꝛ abscóditas: ꝛ significat finem vite. Et dic̄ anduzgaz dñs triplicitatis quarte domus p̄mus significat patres. secunduꝫ significat ciuitates ꝛ terras. tertius significat finem rerum ꝛ carceres. Dicit Haly abenragel. Aspice statum patris a dominis triplicitatis quarte dom⁹. Si dominus triplicitatis quarte domus primus fuerit in domo vel in exaltatióe sua: aut in suo haiz receptus a sole vel Joue ꝛ fuerit in alto loco medij celi uel in quinta domo significat bonum statum pr̄is nobilitatez altitudiné ꝛ diuitias posse ꝛ longá vitam ꝛ bonam fortuná ꝛ hoc si signum in quo fuit hic planeta fuerit masculinū: tamen si signū ipsum fuerit femininū significat matri ea que diximus: ꝛ maxime si planeta fuerit feminin⁹. Quid sit haiz exponet̄ postea deo cócedente. Et si secūdus dñs triplicitatis q̄rte domus fuerit fortūat⁹ pr̄ hébit terras ꝛ poplabit eas ꝛ laborabit in eis ꝛ hébit ex hac ꝑte boná vtilitaté aut lucꝝ. Et si fuerint hi planete in esse diuerso seu cótrario ꝯrium iudica. Et si dñs triplicitatis q̄rte dom⁹ tertius fuerit fortis ꝛ fortunatus ut prediximus: pater erit homo qui extrahet thesauros ꝛ vineas icidet: ꝛ aptabit lapides preciosos. Et si fuerit in diuerso statu ab eo qd dixim⁹ erit incisor lapidum vel laborabit in materijs malis ꝛ fetétibus. Si sol in natiuitatibus diurnis vel saturnus in nocturnis. Et ps pr̄is filr aspexerint ascédéꝫ uel ei⁹ dñm de q̄to uel oppositióe significat ꝙ pater nati filiuz abhorrebit ꝛ odiet eū ꝛ ꝓcurabit vt interficiat̄. Et si luna ꝛ pars matris aspexerint ascēdéꝫ uel ei⁹ dominum abhorribilitas illa ꝛ maliuolétia in filiū erit a matre. Dixit hermes quarta domus est fouea planetarum quoniá est in fundo circuli celi ꝛ infirmitate: ꝛ est in trino aspectu. 12. domus. que est domus tenebrarum laborum anxietatum ꝛ carcerum: ꝛ est gaudium infortune maioris: ꝛ est in sextili aspectu sexte domus que est domus tenebrosa infirmitatis ꝛ damni ꝛ gaudium ifortune minoris. Quádo aliquis planeta fuerit in quarta domo ꝛ in suo casu est sicut homo in solitudine suffocatus donec exeat inde. Dicit Haly abenragel quádo pars fortuune fuerit ifortunata in signo masculino iudica quod pater p̄us moriet̄ quam mater. Si in signo feminino mater prius moriet̄ quā pater. Pars patris accipitur d die a sole in saturnū: ꝛ de no-

cte ecōtra 7 proiicitur ab ascendente. Pars matris accipitur in die a venere in lunam 7 de nocte econtrario 7 proiicitur ab ascendente. Si domin⁹ partis patris fuerit super terram 7 dominus partis matris sub terra iudica ꝙ mater prius morief q̄z pater. Et si cōtrarium fuerit contrarium iudica. Dicit Haly abenragel dixit albezen filius albezib. Quadm die cum esset cuz abolabē 7 fuit cum eo meracfo venit ad me qdam senex 7 dedit mihi chartam vnam in qua scripta erat vnius natiuitatis figura. 7 dixit mihi quod aspicerez in eadem figura: 7 ego quesiui ob eo cuius erat illa figura seu natiuitas. qui respōdit quod erat cuiusdam filij sui 7 dum inspicerem 7 cogitarem in ea abolabē accepit eam de manu mea 7 aliquantulū aspexit in ea 7 dixit. Primum ꝙ in hac natiuitate videmus est ꝙ natus iste ortus est de adulterio quia nō est filius illius qui dicit ꝙ filius eius est. Ego dixi vnde habes hoc 7 respondit. senex iste dicit quod hec natiuitas est filij sui 7 pater nati cuius est hec natiuitas iam sunt quattuor anni ꝙ decessit 7 obiit eodem anno quo natus ortus fuit. Et ego quesiui vnde habebat hoc. 7 ipse dixit: ego aspexi ad gradum patris 7 inueni eum in opposito matris 7 non erat inter eos plus vno gradu. Et inueni ptem pris in. 11. domo ab ascendēte que est octaua 7 quarta 7 erat inter ptem 7 saturnum vnus gradus ꝑpter qđ iudicaui ꝙ pr̄ huius nati anno quo natus fuit ortus decessit. 7 hic senex dicit qđ est filius eius vnde nat⁹ adulterinus est. 7 tunc senes dixit: ego nō sum pater huius nati sed est filius filij mei 7 filius meus. pater eius decessit eodem anno natiuitatis istius sicut hic homo bonus dixit.



Quinta domus.

Hic ponit auctor significationes qnte domus. Dicit quod hec domus significat filios tam masculos q̄z femininos. Et significat dilectiones 7 legatos siue nuncios 7 dona. Et ꝙ futurum sit post mortem ex laude vel vituperatione. Et dixit anduzgaz quod dominus triplicitatis domus filiorū ꝑmus significat filios 7 vitam eoꝝ. Secūdus designat dilectieōs. Terti⁹ significat legatos siue nuncios. Dicit Ptolemeus in rōnib⁹ huius domus cōuenit ut inspiciamus ad planetas existētes in loco zenith capitum nostroꝝ 7 ad locum qui sequif illum. 7 est locus fortune 7 ad locum pticipem cum illis in figura. Dicit Haly in cōmento locus qui est zenith capitū nostrorum est. 10. domus. 7 locus qui sequif est. 11. domus q̄ est domus fortune. Et regula qua sciemus eē filiorū est accepta a planetis existētib⁹ in his locis aut existētib⁹ in locis pticipātib⁹ cū eisdem sicut est ascēdens 7. 7. domus qr vtraqꝫ eaꝝ pticipat cū 10. 7. 11. Et si nō inuenerim⁹ in his locis planetā ispiciemus si quos iuenerim⁹ in. 4. domo. vel. 5. 7 accipiemus inde significationē. Dicit Ptoleme⁹ 7 luna venerē 7 Iouē iudicabim⁹ in dando filios. Solē martē 7 saturnum in auferēdo 7 dabimuz mercuriū pticipatorē cū quocūqꝫ eorū qui secum pticipet in figura. Dicit Haly in cōmento. Si fuerit in locis ꝑdictis aliqs ex planetis fortunis significat ꝙ hēbit filios. Si aliqs ex infortunis nullum hēbit filium 7 si habuerit erunt debiles 7 pauci. Et si mercurius pticipationē habuerit cum fortunis erit fortuna: si cuz infortunis erit ifortuna. Dicit Ptoleme⁹ 7 ē ꝑpositio. 144. quartē partis res pti-

cularès filiorum poteris scire per cõsiderationem qñ bene inspexeris in quo libet eorum ad planetam dantem filios ita quod eum ponas loco ascéden tis ꝛ scies cetera pricularia filiorum generaliter sicut per natiuitatem. Dicit Haly in commẽto. Quod autem vult Ptolemeꝰ in hoc loco narrare est id qđ accidit in natiuitate mea. Inspexi ꝛ iueni Iouẽ in decima domo ꝛ in.28. gradu capricorni aspiciẽtem se cum luna ꝛ saturno ꝛ significabat hoc ꝙ haberẽ filios ꝛ quod morerent: quia saturnus erat cum Ioue in.10. domo. ꝛ quia Iupiter erat in signo feminino ꝛ luna similiter significabat quod essent plures vno ꝛ ꝙ essent plures femine. Et qꝛ Iupiter erat oriẽtalis: significabat ꝙ hẽrem masculum. ꝛ sic habui tres filios. vnum masculũ ꝛ duas feminas: ꝛ oẽs obierunt: erat aũt gradus ascendẽs natiuitatis masculi circa gradũ saturni in mea natiuitate ꝛ ꝓpter hoc mortuus est cito. Et erat gradus ascẽdens vnius femine in piscibus in sextili Iouis in mea natiuitate ꝛ in trino lune mee natiuitatis: ꝛ erat sol ylech in signo capricorni. Et erat gradus ascendẽs alteriꝰ femine in capricorno. ꝛ hoc est mirabile: ꝓpter qđ sciri põt ꝙ natiuitates semper inter se cõcordãt vna cũ illa. Dicit hyspalensis volens horã generãdi filium eligere masculum: sit Iupiter in quouis angulo vel sit soli oriẽtalis sitq̃ dñs hore masculus ꝛ melius est vt signũ ascẽdẽs sit masculinũ ꝛ ẽt eius dñs ꝛ si luna sit fortunata a Ioue erit melius. Pro femina accipe signa feminina ꝛ planetas femininos ꝛ sit Iupiter occidentalis. Dicit Haly abenragel qñ in q̃nta domo fuerit aliqua fortuna ꝛ dñs q̃nte domus liber ab infortunijs ꝛ aspexerit medium celi natus multos hẽbit filios ꝛ viuent ac ibunt ad bonũ. Et si fuerit cõtrarium: cõtrariũ significat. Aspice in oibus natiuitatibus si inuene ris luminaria infortunata non habentia ullum aspectum: fortune natus habebit paucos filios. ¶ In sciẽdo tẽpus in quo habent filij aspice ad planetã qui habuerit plures dignitates in domo filioꝝ. si eũ iueneris in pte oriẽtali hẽbit filios in iuuẽtute sua. si eũ iueneris medio celi hẽbit eos in medio etatis sue. Et si in septima hẽbit eos in ꝓncipio senectutis. Si in q̃rta hẽbit eos circa finẽ vite sue. Silr qñ annꝰ ꝓuenerit ad signũ in quo fuerit Iupiter vel venus in radice natiuitatis hẽbit filiũ in illo anno. Dicit Haly abẽragel si iterrogatꝰ fuerit ꝓ muliere si est ꝑgnãs aut nõ aspice si dñm ascẽdẽtis ꝛ lunam ambos iueneris in domo filioꝝ: aut si inueneris dñm domꝰ filioꝝ in ascendente liberũ ab ifortunis: dicas qđ mulier illa sit ꝑgnãs. ꝛ si dñs ascẽdẽtis aut dñs domus filiorũ dederit vim suam planeta existẽti in angulo. Et silr si dñs ascẽdẽtis receptus fuerit ꝛ recipiẽs ipsum receptus. dicas qđ est pregnans. Et si dominus ascendẽtis dederit vim suam planete cadenti ab angulo: significat quod non est pregans.



Exta domus.

Hic ponit significatiões. 6. domꝰ. Dicit sexta domꝰ significat ifirmitates ꝛ seruoꝝ ꝛ significat finẽ vite ꝛ q̃d futuꝝ sit añ senectutẽ. Dixit ãdu3 ga3 ꝙ ꝓmꝰ dñs triplicitat̃ huiꝰ domꝰ significat ifirmitates ꝛ ꝯualescẽtias siue deteriorationes ifirmitatũ. Scđs significat uernaculoꝝ ꝛ seruoꝝ. ¶ Nota drĩã iter vernaculũ ꝛ seruũ. vernaculꝰ eni idẽ ẽ ꝙ famulꝰ ꝛ vocat seruꝰ ꝓducticiꝰ. seruꝰ est qui est cõditiõis seruilis. Vñ dixit q̃dã versifi

cator. Est pbᵒhic verna cui nō est cara taberna. tertiᵒ dn̄s triplicitatꝫ sexte do
mus significat qd boni vel mali eueniat sibi ex seruis ⁊ eoꝝ vtilitatē atq̄ opa.
Et cū hoc est significator bestiaꝝ ⁊ pecoꝝ ⁊ oiuꝫ q̄drupediū que nō equitant
⁊ significat multitudinē vel paucitatē ⁊ fortitudinē eoꝝ ⁊ q̄ntū māebūt in ma
nu eiᵒ ⁊ qn̄ recedēt a suis māibᵒ. significat ēt carceres ⁊ retētiōes. Dicit Ptole
meᵒ in. 60. ꝑpōne cētiloquij. Albobarā sane ⁊ certe sūt hore i qbᵒ declarant
mutatiōes morboꝝ ad bonū vel ad malū uelociter ƀꝫ loca lūe in āgulis q̄dra
ti ꝯclusi a circulo directo. Alteratiōes ṽo q̄ p̄cedūt has ⁊ idicāt sūt vera loca
lūe in āgulis almutemō. Que āt p̄cedūt has sūt loca lūe i āgulis h̄ntibᵒ. 16. la
tera. Et h̄ postq̄ꝫ p̄cesserit eē egritudis ƀꝫ eq̄litatē ⁊ nō acciderit aliqd extrīse
cᵒ q̄ ꝯturbet īfirmū. cū igit̄ iuenerimᵒ h̄ fortunā tā de fixis q̄ꝫ de erraticis si
gnificabit alteratiōnē ꝓsperā. Si ṽo in fortunā alteratiōnē aduersā nisi fuerit
egritudini ipsa infortuna cōtraria ⁊ in suo haiꝫ. Luna vero in his angulis si
gnificat morbos acutos ⁊ sol ꝓlixos. Et silr̄ ois planeta ƀm ꝓprias cōsuetu
dines. ¶ Haly in cōmēto eiusdē dicit q̄ Ptolemeᵒ docuit nos cām dierū de
terminabiliū ⁊ qd sint ⁊ qn̄ determinent de bono vel de malo ⁊ alterationes
ƀm ordinē. Utilitas ṽo in hoc maior est medicis q̄ꝫ astrologis. ⁊ hoc iō quia
multi philosophi cōueniūt sup determinationes dicētes q̄ sunt alterationes
⁊ ꝑlia inter nām egri ⁊ morbi acuti in q̄rta die ⁊ septima die ⁊. 14. die ⁊. 21. ⁊
que augent̄ scd̄m hoc accepta solo auditu ⁊ doctrina sine sciētia. ⁊ non ratio
nant in hoc nisi per illud q̄ preterijt de experimentis suis. Sed Ptolemeus
dixit cām eiᵒ ⁊ patefecit vn̄ fiat. ⁊ cā ƀm Ptolemeū est q2 nā deuicta est a mor
bo in initio eiᵒ ⁊ ꝓhibet eā ne p̄cedāt eiᵒ opa scd̄ꝫ eq̄litatē nec repugnat illa
morbo in hora qua vincit̄: sed expectat vt sit luna in ꝯ̄rio loco illi in quo fuit
in p̄nᵒ morbi: q2 tūc nō erit vis h̄uoꝝ q mouent in eo sic fuit in p̄nᵒ morbi. tūc
eni icitat̄ vt repugnet illi sicut nō agit prudēs actor cū accusato īsipiēte cū vo
luerit illi repugnare nisi cū eius virtus debilitata fuerit ⁊ in illo loco in quo
careat auxiliatoribus. Et excitat illam. s. naturam in quarto signo a signo in
quo incepit egritudo ⁊ luna existente in illo q2 ab omni signo quartum cōtra
rium est nature eius: ⁊ similiter septimum: q2 hec loca. s. quartus aspectus ⁊
oppositus significant inimicicias ⁊ contrarietates. Et tempus quod est iter
initiū morbi ⁊ introitū lune in gradu quadrati in quo fuit in initio morbi per
ascēsiones signorum in circulo directo ⁊ ꝓiectiones radiorum sunt septem
dies: ⁊ eodem modo quod est inter lunam in initio morbi ⁊ ipsam in opposi
tione sunt. 14. dies: ⁊ quod est inter initium morbi ⁊ q̄rtum aspectum scd̄um
qui est contrarius initio morbi sunt viginti vnus dies. ⁊ secundum hunc mo
dum ꝓcedit modus aliorum dierum. Et erunt hec puncta anguli quadrati
quē includit linea circuli directi: ⁊ illis punctis alia puncta sunt indicatiua: ⁊
est vt perueniat luna ad punctum qui abscindit vnumquēq̄ arcum cui sub
tendit latus de lateribus q̄drati per medium. Et in his arcubus sunt latera
figure habētis octo angulos. Et omnia hec puncta cōtraria sunt punctis in
qbus icepit morbus per nām. Igit̄ obseruet astrologus qd fuerit in his pun
ctis tam de stellis fixis quā de erraticis siue fuerint fortune siue ifortune. Et
si fortune fuerit iudicet quod significāt victoriā nature super colera. infortūe

vero significant qꝺ colere saperabunt nām nisi fuerit infortuna cōtraria mor bo ⁊ fortis in suo haiz. non enim fortunabit lunam cum fuerit in suo haiz. sed remouebit morbum per hoc quod est illi contraria: ⁊ per hoc quod ifortuna est contraria morbo vt si fuerit frigida ⁊ morbus calidus: ⁊ si fuerit calida ⁊ morbus frigidus ⁊ cum his similibus in specie diuersitatum. Et dicit qꝺ eē so lis in morbis prolixis fit sicut esse lune in morbis acutis quorum maiꝰ tēpus erit orbis lune ⁊ in ꝓlixis orbis solis. Innuit etiam nobis Ptolemeus subti le qd: cum diceret omnis stella scđm quod est illi de moribus. Docuit quippe nos quod qcqd immoderatū est in nobis ⁊ fuerit in moribus quos in cōsue tudine non habemus dicit̃ pro morbo. Et dixit iustum est hoc nisi accidat ali quid extrinsecus quod disturbet ordinem determinationis. ⁊ locuti sunt de re que destruit determinationem hi qui exposuerunt librum amphorismorꝫ ypocratis: ⁊ ideo non necesse est nobis recitare in hoc libro. Tota itētio Pto lemei ⁊ Haly stat in hoc qꝺ causa quare. 7. dies. ⁊. 14. ⁊. 21. sunt dies cretici est qꝛ luna in septima die vt frequenter venit ad quartum aspectū loci in quo fu it in principio morbi: ⁊ vt frequēter luna in. 14. die venit ad locum oppositū ⁊ in. 21. die vt frequenter venit ad scđm quartum aspectum. Ideo dicit Haly cum voluerit astrologus iudicare de die cretica debet obseruare tempꝰ quo luna veniet ad quartuꝫ aspectum loci in quo fuit in ꝑncipio morbi ⁊ si tūc cō iungat̃ cum planetis beniuolis: vel aspiciat ipsos aspectu laudabili: vel si cō iungat̃ vel aspiciat stellas fixas que sunt de natura fortunarum significat ꝙ crisis erit ad bonum. Et si coniungat̃ vel aspiciat infortunas significat cōtra rium nisi infortune fuerint contrarie materie morbi: ⁊ cum hoc fuerit infortu na in suo haim: quia tunc potest significare bonum: sed hoc est per accidens. Uerbi gratia: si egritudo sit flegmatica ⁊ luna aspiciat martem significat bo num. Et quando luna peruenerit ad bonum locum cui subtendit̃ latus octo goni in equatore erit dies indicatiua. Latus octogani sunt. 45. gradus. ⁊ est medietas aspectus quarti. ⁊ licet non sit aspectus habet tamen maiorem cō uenientiam cum aspectu qꝫ alia loca: ⁊ ideo quando luna in quarto aspectu debet coniungi fortunis cum in medietate illius loci peruenerit iam natura sentit iuuamentum ⁊ incipit insurgere contra materiam morbi digerēdo ip sam: ⁊ iō tunc apparent signa digestionis in vrina. ⁊ aliquādo fit crisis in q̃r ta die. s. quādo luna inuenit ibi planetam fortunam: ⁊ tunc signa digestionis debent precedere in tempore quo luna peruenerit ad locum cui subtendit̃ la tus. 16. angulorum ⁊ hec est medietas octogoni. Sufficiant hec de causis die rum creticorum. Dicit Ptolemeus in. 70. ꝓpositiōe centiloquij cum fuerit lu na in oppositione solis mixta stellis nebulosis significat morbos inseparabi les in oculis. Et similiter si fuerit occidentalis luna ⁊ in angulo ⁊ fuerint vtri qꝫ mali occidētales ascēdētes post lunam ⁊ sol in angulo ⁊ vtriqꝫ mali ascen dētes ante solem ⁊ illi oppositi. s. vnus alteri perdet natus vtrunqꝫ oculum.

¶ Dicit Haly in cōmento eiusdem. maius impedimētum in duobus lumina ribus est cū fuerint duo mali idest saturnꝰ ⁊ mars ascēdētes an̄ solem ⁊ post lunā: ⁊ vnꝰ eorꝫ in oppositione alteriꝰ. ⁊ sol significat oculum dextrū. luna ve ro sinistrum. Et in euitabile est quin natꝰ amittet vtrūqꝫ oculum cuꝫ fuerit si

gnificator in eius natiuitate hoc mõ. Stelle vo nebulose sũt he acborafe: caput geminorꝝ: ꝛ locus in quo cadit aqua quá fundit aquarius gutte leonis ꝛ alie que nõ lucent. Dicit haly Abéragel in rõnibus huius domus primitus loqui volumus in hoc capitulo in occasionibus ꝛ accidétibus que accidunt in spiritu ꝛ sunt infirmitates spirit⁹. Postmodum loquemur in his que accidunt in corpore ꝛ sunt infirmitates corporis. Postea dicit dico ꝙ demoniaci sunt illi qui non habent in natiuitatibus suis Mercurium cum luna in aliquo aspectu: nullo eoꝝ aspiciẽte ascendens: ꝛ fortior in natiuitate sua si diurna fuerit ꝙ sit saturnus: ꝛ si nocturna Mars: ꝛ quis eoꝝ fuerit sit in angulis ꝛ hec est natiuitas demonuꝫ Quãdo sol dãnatus fuerit ab infortunis uel a domino dom⁹ infirmitatis ꝛ fuerit super terram in natiuitate diurna vel luna in tali dãnatione sub terra in natiuitate nocturna accidet nato cecatio in oculo dextro. Et si hoc ifortuniũ solis fuerit sub terra in natiuitate nocturna uel super terrã lune in natiuitate diurna istud damnum ꝛ cecatio erit in oculo sinistro. Quando sol ꝛ luna fuerint ambo in sexta domo infortunati nat⁹ sine aliqua dubitatione cecabitur. Quãdo Mercurius fuerit iunctus cum saturno uel in ei⁹ aspectu quarto vel opposito: aut fuerit cadens ab angulo in loco vili ꝛ infortunato: aut combustus fuerit vel retrogradus: aut pegrinus in signo muto nat⁹ ex quacunqꝫ harum significationum erit lingua dãnatus vel mutus. Quãdo Mercurius fuerit dñs sexte domus: vel in oppositione saturni nat⁹ surdus erit. Maior ꝛ fortior significatio mutitatis est qñ dñs ascẽdentis ꝛ dñs exaltatiõis sue: ꝛ dñs triplicitatis eius: ꝛ Mercuri⁹ ꝛ luna sint omnes in signis mutis. Quando sol fuerit infortunatus vel dãnatus sub terra significat dãnationem stomachi. Et qñ luna fuerit dãnata sub terra: significat damnationẽ pulmonis. Et si Mars fuerit hoc modo: significat dãnationem epatis. Et si Saturnus hoc modo fuerit: significat dãnationem splenis. Et si Mercurius hoc modo fuerit: fellis damnationem significat. Dicit Ptoleme⁹ in .89. propositione centiloquij detestabili⁹ in significatione egrotãtis est vt sit significator interrogationis ingrediẽs sub radijs vel sit pars fortune infortunata. Dicit haly Abéragel in questionibus huius domus si queretur a te pro aliquo infirmo utrum sanabitur aut non: aspice lunam ꝛ solem ꝛ almutem ascendẽtis: ꝛ si fuerint liberi ab infortunis ꝛ non habuerint aspectũ cum domino domus mortis. dic ꝙ euadet ab illa infirmitate. Et si duo eorum fuerint sicut diximus similiter euadet. Et si luna ꝛ almutẽ ascendentis: ꝛ maxime si ipsa fuerit domina temporis .i. si q̃stio fuerit nocturna habebũt aspectũ cum domino domus mortis nõ poterit liberari a morte. Et qualibet uice qua aliquis significatorũ applicuerit infortune fortificabitur infirmitas quousqꝫ seperetur ab eo. Tempus mortis erit quãdo almutem ascendentis: aut luna se coniunxerint cum domino domus mortis: aut cum infortuna que ipsam infortunauit: aut ꝙ applicet ad quartum uel opposiutm aspectum eius.

SEptima domus.

Hic ponit significatiões septime domus. Et dicit ꝙ septima domus significat mulieres ꝛ nuptias ꝛ cõditiones ꝛ oppositiões. Anduzgam

